

Johannes Loesel

Johan Löseli[i], Porussi De Podagra Tractatus : Morbi huius indolem, & curam diligenter exponens

Rostochi[i]: Rostochi[i]: Hallerfordius: Richelianus, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730470199>

Druck Freier  Zugang



Loesel, de Madaga
1038

d

17611

Ms - 17611

O. HÜNEMÖRDER
UNIVERSITÄTS-
BUCHBINDEREI
ROSTOCK
Grüner Weg 5




Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn730470199/phys_0002

DFG

Universitäts-
Bibliothek
Rostock



JOHAN LÖSELI,
PORUSSI
DE
PODAGRA
TRACTATUS.

*Morbi hujus indolem, & curam diligenter
exponens.*



ROSTOCHI,

ANNO M. DC. XXXVIII.

Sumptibus JOH. HALLERFORDI, Bibliop.

Typis hæredum RICHELIANORUM,



Admod. Rever. Clariss. Excellentiss.
VIRIS

Dn. ABRAHAM CALOVIO,
Porusso, S.S. Theolog. in Acad. Rostoch. Do-
ctori eximio, Amico verè fraterno.

Dn. M. PETRO NICOLAI,
Archi-Presbytero Eccles. Insterburg. & Vici-
nar. Ecclesiar. Inspectori digniss. Parenti ætatem
honorando

Dn M. ISAACO HALBACH,
de Portâ, Ecclesiæ Palæopolitanæ Regiomonti
Porussor. Diacono vigilantissimo, Avunculo
ωεὸς τὴ ἐξ ἄνω devenerando

Dn. M. GEORGIOLÖSELIO,
Alumnor. Electoral. in Acad. Regiomont. In-
spectori secundar. Fratri germano dilectiss.

Dn. M. SAMUEL BOHL,
S.S. Theolog. in Acad. Rostoch. Candidato me-
ritiss, amico conjunctissimo



S. P. P.

All. Best

S. P. P.
M. JOHAN LÖSEL,
PORUSSUS.

Quod diu meditatus sum, Fautores, & Amici optimi, tandem sub discessum ad Serenissimum Transylvania Principem exequi debui. Ne deesset omnino vobis argumentum observantia & Amoris Löseliani, nunquam intermori-
turi. Praesertim vero, ut de animo perpetuo vestro testimonium aliquod extaret in ista corporis absentia. Quam equidem non possum nisi in quo ferre animo, ubi vestrum recordor amorem, & vim consuetudinis nostrae: Debeo tamen divino nutui non repugnare, & quod superest, animum hac spe subinde erigere: fore, ut peregrinatione cum Illustriss. Juventutis Princ. feliciter expedita vos iterum videam salvos & incolumes. Id enim obtinebant conjuncta disitorum preces, si Deo ita visum fuerit.
Quem pro salute vestra sollicitare non desistam, dum Spiritus hos reget
artus.

ΣΚΙΑΓΡΑΦΙΑ TRACTATUS.

SECT. I. THEORETICA

MEMB. I. Podagra naturam & description.

Artic. I. Nomen & ipsa definitio. (exhibens

Artic. II. Generis evolutio.

Artic. III. Subjecti determinatio.

Artic. IV. Causarum enumeratio.

Subsect. I. Causam continentem eruens.

Subsect. II. Fontem defluxus proponens.

Subsect. III. Causas antecedentes evolvens.

Subsect. IV. Causas procatarticas explicans.

Artic. V. Accidentium potiorum enarratio.

MEMB. II. Podagra differentias & varietatē

SECT. II. PRACTICA. proponens.

MEMB. I. Podagra *μετ' αἰτίαν* expediens.

Artic. I. signa Diagnostica.

Artic. II. Prognostica.

MEMB. II. Podagra *ἀπορίας* exhibens.

Artic. II. Præservatio.

Subsect. I. Ne tartarum cumuletur.

Subsect. II. ut tartarum exturbetur.

Subsect. III. ut articuli roborentur.

Artic. II. Curatio.

Subsect. I. Indicationes, & evacuantia.

Subsect. II. Dolorem sopientia.

Subsect. III. Resolventia, & discutientia.

Subsect. IV. Nodorum cura.

Subsect. V. Victus regimen s. diæta.

70-



بِعَوْنِ اللَّهِ تَعَالَى

JOHAN LÖSELI, *Porussi*
DE PODAGRA

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.



Ssa duplici modo connectuntur secundum
Anatomicos ; I, per *ἀρθρωσιν*, quæ teste
Galeno lib. XII: de usu part. propter motū
voluntarium instituta est. II, per *σύμφυσιν*,
camq; vel sine medio, vel cum medio. Articulationi
tres adscribuntur species, *ἐνάρθρωσις, ἀρθρω Διά & γύγγλυμο*.
Symphyfi verò cum mediata, tum immediata itidem
tot assignantur species, & quidem illi *συνχόνδρωσις, συννεύ-
ρωσις & σπασάρκωσις*; huic *ράφη, ἀρμονία & γόμφωσις*. Prior
ossium connexio, quæ fit *κατ' ἀρθρον*, arthritidi (quæ τῶν
ἀρθρῶν πίν est) sedem exhibet, quippe circa *ἐνάρθρωσιν*
imperitat ischias, omagra; circa *ἀρθρω Διά*, Siagonagra;
circa *γύγγλυμον*, trachilagra, pechyagra, chiragra, gona-
gra & podagra dominantur. Posterior connexio, quæ
fit *ἀμέσως καὶ σύμφυσιν*, arthritidis habitaculū esse nequit,
cum ossa illa motui voluntario proximè nō deserviant,
hoc nomine falli eos autumo, qui rhinagram & odon-
tagram arthritidis esse species rigide contendunt. Quæ

B

verò

verò connexio fit ἐμμέσως καὶ σύμφυτον, arthritico malo hospitium indulgere potest, verum non per se, sed quatenus ἀεὶ ἀρθρώσει copulatur. Cum itaq; circa dictā articulationem variè arthritidis contingant species, constituimus impræsentiarum, reliquis dimissis speciebus, solam podagram sub incudem revocare, ac in ejus indolem, pensilicatus inquirere, potissimum cum hæc frequentius homines invadat, & gressus sufflaminando è numero viventium eos ferè eximat, juxta illud *Luciani in Tragopodagra*:

ἠεὶ παλῖν μὴ ὅς ἂν θέλῃ
καὶ μὴ δύνῃται: τὰ πῶν ἐν νεκροῖς τίθει.

Disperscemus autem totam de podagra tractationem in duas Sectiones, quarum altera Theorica, θεωρητικῆς vocabulo κοινῶς καὶ τῶν ἰδίων accepto, altera Practica nuncupabitur. Utriq; Membra & Articulos attribuemus, Articulis si res exegerit, subsecutiones quasdam, subjuncturi. Cæpta autem nostra ne, quod *Pythagoras* habet, μωρὰ πέληται, cum *Naxianzeno* ita ingemisco:

καὶ ἐν πικρῶν χειρὶ τῶν ἐμοῖς πόνοις.



SECTIO I. THEORICA.

MEMBRUM PRIMUM

Podagra naturam & descriptionem exhibens.

ARTICULUS I.

Nomen & ipsa Definitio.

PODAGRA, quasi *πῶδ' ἄγρ' αἰγνομήνη*, Arabibus *دَقْرَآر* appellatur: qui verò malo hoc discruciantur, *πῶδ' αἰγρῶ*: nominantur Græcis, Iben. Sine *دَقْرَآر* à Rad. *دَقْرَآر* pulsare, pultare, verberare, percutere, confringere, conterere, conquassare: eò quod dolor saepenumèrò ad eò funestus sit; ut æger exclamare habeat necessum.

*Οἶμαι, παπαί γε: τέρομαι, δυόλλυμαι:
ἅπαν πέπαρμαι γῆν ἀσκότω κακῶ.*

Sumitur autem vocabulum podagræ ab illis, qui *ἀντικεί-
μετρον ἐν ποσὶ κειμήριον* suscipiunt, deq; habent: I. *γενικῶς*, pro quavis arthri-
tidis specie, sive nucham, sive manum, sive aliam corporis occupet
partem. Er hat den Podagel im Dackel/ &c. II. joculariter & abusi-
vè, I. pro dentium dolore, ita *Strobelbergerus* tractatum suum de o-
dotalgia inscripsit de podagra dentium. 2. Pro lateris dolore, ut
factitatum à *Capivaccio*, qui dolorem podagricum in latere quendam
cruciasse sentit, *Cons. CCXXVI. à Scholtz. coll.* Nos *γνήσιον* ipsius po-
dagræ ἔτυμον retinentes, sequenti modo eam definimus: Podagra
est dolor partium nervosarum ac sensu præditarum cir-
ca pedum articulos, ab humoris serosi & tartarei defluxu
& congestione ortum ducens.

ARTICULUS II.

Generis evolutio.

Dolorem diximus esse podagram, cujus essentia consistit in mole-
stia

tia dolorifica, quæ ex perceptione objecti improporionati oritur. Objectum autem istud hoc loco nihil aliud est, quàm spiritus quidam salinus, utpote qui *βραίως*, (non tamen semper *ἀβραίως*, ut demonstrat *Argentarius lib. de caus. sympt. cap. XIV. p. 273.*) in organum tactus agit, ac vellicando & pungendo solutionem continui in eodem parit, quo peracto spiritus animalis speciem objecti improporionati sursum ad Palladis arcem defert, ut scilicet in primo *ἀποδιήρησι*ω dijudicetur. Hinc præter objectum etiam facultas quædam superior requiritur ad passiones dolorificas percipiendas. quæ nec corrupta, nec aliis rebus intenta nec extremè languida esse debet. Quod ipsū confirmat *Hippocr. II. aph. VI* quando dicit: *ὁ πόνος πάνεστές τι τὸ σωματικόν, τὰ πολλὰ δὲ τῶν πόνων ἐκ ἀποδιήρησις, τὰ τοιοῦτα ἢ γνώμη νοσέει.*

Non tamen hinc assurgendum sententiæ *Horatii Augen. qui tom. I. epist. med. Lib. III. epistol. I. & tom. III. Lib. XI. epist. XXXIII.* afferit, subjectum doloris proprium esse appetitum, quem postea sensum communem vocat, causam verò immediatam doloris esse solam actionem objectorum, ita ut solutio continui factum sit causa sine qua non. Etenim si doloris subjectum proprium esset sensus communis, sequeretur omnium externorum sensuum eum esse subjectum, atq; ita ratione subjecti, nulla daretur eorundem distinctio. Et licet centrum omnium sensuum externorum dicatur, adeoq; illorum objecta apprehendat, & à se invicem discriminet, attamen non existimandum, eundem propterea esse subjectum sensuum externorum. Nam si hoc inferri quoq; posset, & phantasiam, & memoriam illorum esse subjectum, cum species ab externis sensibus ad sensum communem delatæ, ulterius phantasie & memorie offerantur, parum ut exactius examinentur partim ceu in promptuario studiosius asserventur. Quod verò *Augenius imitatus Iben-Raschid*, solutionem continui idèò causam immediatam doloris esse neget, quia non est objectum sensibile, neq; inter propria, neq; communia sensibilia referri potest, in eo itidem falsus est *Augenius*. Quippe largiamur, solutionem continui non esse objectum sensibile (etiam si *Mercatus* expressè eandem sensibile commune esse dicat. *lib. III. de morb. p. 174.*) Sententiæ tamen nostræ id parum officiet, cum doloris essentia non consistat in perceptione

ptione objecti, sed potius in molestia seu *avta* quadam, quæ perceptio-
nem objecti comitatur, ut paulò ante fuit assertum. Commodè igitur
Galenus lib. II. de loc. affect. cap. II. dolorè non sensum, sed sensum tristem
nominat. Et Campanell. lib III. Medicinal. c. III. articul. II. p. 83. definit
dolorem, quod sit affectus sequens sensum præsentis mali.

Quercetanus in Consil. de arbritide, concedit quidem, solutionem
continui esse doloris causam. & hanc induci à spiritibus salium reso-
lutis, verum quid illud sit, quod sentiat ac doleat in parte, id Dogma-
ticos non expressisse scribit. Ipse verò arbitratur, Spiritum scilicet
astralem per totum corpus diffusum, seu balsami Spiritum, qui omnes
corporis functiones per sua instrumenta obit, esse id quod sentit &
dolet: imò huic spiritui soli vim sentiendi attribuit, ubi vellicando
& pungendo, vel etiam alio modo ejus continuum solvit ac diffecat.
At εὐθυππρονέστερον hic esse censeo Quercetanium, dum balsamo vi-
tali δὲ ἄμυρ ἀποξηρῆν adscribit, quæ aliàs πάλω & formaliter ani-
mæ sentienti, δευπρωσ seu instrumentaliter spiritui animali, quatenus
in parte sensui dicatâ ac bene dispositâ radicatur, refertur accepta. I-
mò quod balsamus vitæ in partibus membranosis non sit id quod sen-
tit & dolet, inde etiam manifestû est quod in paralyti salvo Spiritu bal-
samico, interdum nulla fiat sensatio, etiamsi pars affecta immane quan-
tû vellicetur, pûgatur, vel aliâ ratione tractetur. Quapropter scitè scri-
bit Campanella, ubi dolor non sentitur in affecto membro, signum est
Spiritum inde abcessisse. Dolorem itaq, quod sentit, dicimus esse a-
nimam sensitivam, concurrente Spiritu animali, partes verò nervosas
unâ cum balsamo vitæ esse subjectum, in quod tincturæ salium actione
suâ destructivâ solutionem continui inducunt.

Campanella l. c. inficiatur, solam continui solutionem gignere
dolorem, cum non sola sit malum: nam (inquit) compressio Spiritus
in membro inclusi malum est, & luxatio membri ordinem deturbans,
& Spiritum afficiens compressione & torsione: item intemperies fri-
goris nimij, nimijq; caloris, & incrassatio nimia, & attenuatio nimia.
Verùm sciendum, reliquas à Campanell. adductas saltem esse mediatas
doloris causas, quæ necessariò reducendæ sunt ad communem quan-
B 3dam

dam efficiendi rationem, ad solutionem scilicet continui, utpote quæ proxima & immediata doloris causa *ὄγκοθυμοδὸν* à plurimis censetur. Antequam autem reductio instituat, alubescit prius determinare, quia sit solutio continui, cum quibusdam obscura hæc videatur locutio. Est itaq; solutio continui partium nervosarum ac membrorum tensio, divisio, vel ut *Aristot. VI. Topic. c. III. loquitur*, *διὰ τῶν τῶν συμφύτων μερῶν*, quæ à variis causis, tum violenter & confertim, tum paulatim agentibus inducitur. Deinde solutio hæc continui modo *ἐυδηλῶ* est & manifesta, modo *ἄδηλῶ* seu obscura, pro diversitate rei dividendi, à qua dependet. His suppositis, levi brachio causæ à *Campanella* in medium allatæ, ad solutionem continui reductur, nam & compressio Spiritus in membro inclusi, & luxatio, sive sit *ἀλιδνημῶ* seu perfecta, sive *διακίνημῶ* seu imperfecta, partes sentientes tendere, & ita dolorem inferre potest. Similiter frigus intensum, & calor insignis continuum dividunt, si non manifestè, obscure tamen, & quidem frigus partes membranosas (quibus oppidò inimicum, ex *V. aph. XVIII.*) constingendo tendit, & calidum depauperando, vel alio modo efficit, ut partes extimæ *ὄγκοθυμοδὸν ἢ ὄγκοκλύεωδου*, in tumorem efferrè manifestè conspiciantur. Calor nimis destruit continuum, comburendo, ebullitionem humorum & affluxum excitando partium, humidum assumendo, & siccando, &c. Incrassantia verò & attenuantia quomodo continuum solvant, faciliè animadvertet is, cui *παχυντικῶν καὶ λεπυντικῶν* natura perspecta est. Attenuantia enim non modò calore valentiore, quo ut plurimum pollent, sed & beneficio suæ salinæ substantiæ, & quidem volatilis partes tendere, & ita continuum dividere apta nata sunt. Incrassantia verò infrigidante qualitate partes acutissimi sensus constingendo, terrenâ ac crassâ substantiâ partium mestus offarcendo, atq; ita tendendo solutionem Continui pariunt.

ARTI-

DE PODAGRA
ARTICULUS III.

7

Subjecti determinatio.

Subjectum podagræ statuimus esse partes membranofas & nervo-
sas circa pedum articulos. Ubi tamen ligamenta non excludimus,
etiam si Galenus lib. I. de usu part. & lib VI. M.M. & lib. XIV. M.M. ut &
lib. III. de composit. medicam. f. gener. eadem ἀνακρίσει pronunciet Di-
stinguimus namq; inter ligamenta; & alia cartilaginosa esse profite-
mur, quæ cum ossis cartilagine nascuntur, & quasi ab eadem oriuntur,
uti sunt ea, quæ femur cum coxendice, tibiæ cum coxâ connectant,
& χονδροον δέσμοι appellatur;: alia membranosa statuimus, quæ
validissimis nervorum filamentis intertexta à periostio διακρήσεως
ἀρχὴν mutuantur. Illa sensu prorsus destitui, ἐκένεθι μὲν Galeno
& aliis concedimus, hæc verò sensu gaudere, constanter cum Mercato
tom III. lib. IV. cap. XVIII. p. 432. asseveramus. Nec obstat illud, quod di-
cunt, hominem hac ratione in ἀετιοθία fore constitutum, si liga-
menta sensu essent prædita. Regero, idem fieri debere à periostio,
quò immediatè articuli incinguntur, utpote quæ membrana acutissi-
mi sensus est, & sæpe ὀστέον patitur dolorem. Reliquæ rationes,
scilicet quod nullibi ad ligamenta feratur Spiritus animalis, qui omni-
nò requiritur ad sensationem; item quod ligamenta sint ossium &
cartilaginum productiones, accipiendæ sunt saltim de ligamentis car-
tilaginosis, non membranosis, quæ sensu penitus carere, haud sunt
dicenda.

Mercatus l. c. p. 439. largitur quidem tunicas ligamentorum &
tendinum esse subjectum podagræ, non tamen veræ. Nam pod-
agram aliam facit legitimam, aliam spuriam. Legitimam oriri ait ab hu-
more in articuli cavitatem prolapsò. Spuriam verò duplicem esse
opinatur, quarum alteram ab humoribus in tunicis ligamentorum &
tendinum, in nervis, aut in eorum venis turgentibus & distendentibus,
nulla eorum portione in articulos prolapsâ ortum trahere existimat:
alteram verò fieri censet ob absorptionem τῶν ὑλιχρῆσι μὲν

seu

seu ut ipse habet, per siccitatem humiditatis, intra cavitatem articuli ad faciliorem motum præstitæ. Verùm hæc Mercati sententia veritati haud litat. Etenim concesserim, spuriam illam esse podagram, quæ fit ob penuriam glutinosi humoris, quo naturaliter articuli inunguntur, altera tamen, quam ab humoribus in tunicis ligamentorum & tendinum hærentibus fieri dicit, illegitima non est pronuncianda, cum hæc immediato gaudeat subjecto, partibus scilicet nervosis, Contra quam legitimam esse statuit, legitima non est, cum cavitas articulorum non sit verum podagræ subjectum, ut jam demonstrabitur.

Suppono autem tria ad subjectum podagræ esse necessaria: I. ut subjectum non destituatur sensu. II. ut humorem serosum admittat. III. ut via adsit, per quam humor errare, & se in articulorum cavitatem insinuare possit. His positus statim elucescit, articulorum sedem interiorē non esse verum & immediatum podagræ subjectum, quippe cum pedum articuli firmissimo nexu colligentur, & nullibi extrema eorum intrinsecus periostio obducantur, sed potius cartilagine incrustentur, fieri non potest, ut sedes hoc interior aliquo sensu polleat. Deinde nec humorem serosum admittunt articuli, cum adeo exactè jungantur, ut nullum spatium se offerat, quod humoris *δοχέον* esse possit. Tandem via hæc nulla visitur, per quam humor in intimam articulorum cameram didi possit; & quanquam *Mercatus* autemet, per ligamentorum substantiam fieri influxum, tamen via hæc satis commoda non est, cum crassiora sint ligamenta, & articulos tam accurate sepiant, ut difficulter quid influere possit. Præterea licet aliquando per *Διεπίδησι* nonnihil instillet, illud tamen tanti non est, ut hujus occasione partes discedant, & ossa ab invicem separentur, quod vult *Mercatus*. His accedit, quod *Φαύλα* *ἰκωρ* dolorem excitans adhibitis quandoq; apocrusticis ex parte affectâ in vasa, & consequenter in corpus suum legat iter, quod neutiquam fietet, si causa *συσπικη* intra cancellos articulorum esset conelusa. Insuper ubi *περιουδυσπασφίλα* podagra tophos parturit, eos non in cavitate articulorum producit, sed potius in partibus. Imò *μακρόπας* fieret æger, si materia sedem interiorē occuparet, & ossa ab invicem distenderentur. Verum
rum

rùm cum nec id fiat, & pes naturalem suam ἀσπλασιν ratione longitudinis servet, vero consonum est non in dicta sede, sed in partibus extimis stabulari humorem.

ARTICULUS IV.

Causarum enumeratio.

SUBSECTIO I.

Causam continentem eruens.

Viso subjecto ad causas Podagræ progredimur, stantes causam συνεκτικὴν hujus mali esse saluginosum humorum lixivium, seu humorem serosum ac tartareum, partes sentientes circa pedum articulos distendentem, pungentem ac lancinantem. Vel potius πῶς ἀκερότητες καὶ ἰσχύς humoris serosi (quas δυνάμεων appellat nomine Hipp. lib. de pris. Med.) dicimus esse causam, quippe ὅσοι καταπέθει ἀνθρώπων, πάντες ἀπὸ δυνάμεων γίνονται, ut idem habet l. c.

Alij alias podagræ adferunt causas. Hipp. lib. de affect. p. 301. à sanguine in venulis à bile & pituita corrupto podagram oriri existimat. Galenus de compos. Medic. f. loca. c. 11. scribit, quod humor irruens aliquando sit sanguineus, ut plurimum verò pituitosus, aut ex pituitoso & bilioso mistus, quibus etiam interdum sanguis miscetur. Pituitosum a. humorem rectius crudum appellandum esse censet, qui tractu temporis crassescit, & τὸ γλυχρὸν acquirit, unde postmodum topi generentur. Iben Sina lib. 111. Fen XII, tract. 11. cap. V. p. 401. ut plurimum à phlegmate cum cholera, deinde à crudo; post à sanguine, tandem à cholea; & raro à melancholia malum hoc generari tradit. Hos Medicorum ἀεὶ πλείους plurimi secuti sunt Medici, qui discerniculum facturi, podagram aliam à sanguine, aliam à bile, à pituita aliam, & aliam à melancholia induci, & pro diversitate humoris podagram gignentis τέτραρον θεωρητικὴν institui dixerunt. Verùm etsi con-

C

ceda-

cedamus, affectus hos esse humores, & cum seroso ac tartareo exercemento interdum conjungi, non tamen arbitrandum, vel sanguinem, vel pituitam, vel bilium, vel etiam horum miscellam, proximam & genuinam podagræ esse causam. Et quidem sanguis *σύνερον αἷμα* haud est, quia podagri *ἐκπόνησι* seu suppurationem vix incurunt, quod aliquando fieri deberet, si malum hoc à sanguine propullularec. Bilis flava, cui *Galenus lib. V. de usu part. c. IV. p. 143.* facultatem admodum acrem, mordacem, & omnia abradentem tribuit, ad dolores excitandos quidem aptissima est, attamen cum in podagra pars affecta nunquam ferè flavedine tingatur à bile vix prodire hunc affectum verisimile est. Ab humore pituitico, vel melancholico, ut causâ continente, itidem haud generari podagram certum est, cum dolor *γυναικῶδες*, quodam velut unco lancinans, longè aliud persvadeat. Deinde cum invasio podagræ sit subitanea, & sæpe humor vel sponte sua, vel adhibitis repellentibus, per vasorum tubulos *εἰς τὰ ἄνω* affectet, colligere est, affectum non à frigida materia oriri, utpote quæ ad motum ineptior, sed potius à tenui quæ derepente & influere & reflueret apta nata est. Ardor etiam, qui podagræ sapiculæ jungitur, indicio est, eam non à frigido, sed calido humore proficisci. Falsus itaq; est *Fernelius, qui lib. VI. de part. morb. & sympt. c. XVIII. p. 635.* reliquis rejectis humoribus, solum pituitosum humorem arthritidis facit autorem, & omnem arthritidem frigidam, ex frigido humore genitam esse statuit. Nec humores *μεμυγμένους*, biliosi & pituitosi ex Mercurialis arbitratu, causæ continentis vicem commodè subire possunt, cum algidus humor bili associatus hujus acrimoniam attemperet, & ita præcaveat, ne miscella tam insignem cruciatum inferre sit potens, qualem experiuntur podagri.

Paræus Chirurg. lib. XVII. c. II. p. 71. humorem arthriticum vult esse *ἄπρητον*, nec notioris naturæ, quam qui pestem, luem veneream, aut epilepsiam gignit: & paulò post eundem tenuem & virulentum esse scribit non tamen contagiosum, qualitate potius quam copiam peccantem. *Platerus* etiam arthritidis malignæ facit mentionem, ortæ ab humore seroso, qui pravam vim, seu aliquid maligni seu incogniti sit adeptus

adepus. rom. II. prax. lib III. c XVI. col. 589. Hoc μέγιστον αἰτιον
 adstruere conatur *Paras* aliquot ratiunculis, & primò quidem mali-
 gum esse probat humorem, quia nunquam ad suppurationem perve-
 nit. (2.) quia intensiorem parit dolorem, ac reliqui humores, ubi in-
 pus vertuntur. (3.) quia in nodosum & gypseum quid induratur. (4.)
 quia partibus, per quas decurrit, nullam molestiam infert, exceptis ar-
 ticulis (5.) quia humor articulos hodie calidam, cras frigidam intemperie
 afficit, seu partem affectam modò urit, modò quavis glacie frigidiorè
 reddit. (6.) quia malum ab adhibitis remediis potius exasperatur. (7.)
 quia *Galenus* lib de theriac, ad Pison, cap. XV. p. 96. theriacam pedum &
 aliorum articulorum doloribus, ab influxione excitatis, maximè ex u-
 su esse dicit. Verùm enim verò has *Paras* rationes clumbes esse statuo.
 Nam, ut à posteriori exordiar, tenèdum, etiamsi *Galenus* podagris the-
 riaca usum svadeat, non tamen id facit ob humoris aliquam maligni-
 tatem infringendam, quæ hic nulla est, sed saltim ad collibendum ma-
 teriæ influxum, & ad absumendum id, quod in parte affecta stabulatur.
 Ita *Galenus* l. c. vires theriacæ enarrans, eandem in plurimis celebrat
 morbis, qui nullam malignitatem conjunctam habet, v. g. in *διονυσια*
 & *ἀρβλυπία*, in deperditâ genitalis membri *ευβρία*, in astmate,
 calculo, hydrope, febris quartanâ, & id genus affectibus. Quod verò
 aliquando malum efferatum quasi augeatur ab admotis remediis, id
 non malignitati humoris, sed sinistrae topicorū applicationi refertur ac-
 ceptū, quippe pingvia & unctiuosa, quæ sæpè numero in principio adhi-
 bentur, partem affectam ad influxus continuationem invitant, præte-
 rea poros occludunt, & ne quid expiret, prohibent. Insuper & pa-
 regorica illa quæ ex mica panis, cum lacte & croco addito pulvere
 rosarum & chamæmeli, conficiuntur, vanè & sine profectu applican-
 tur, non ob humoris viru entiam, sed quod spiritibus salium, à quibus
 continuum dividitur, non sint contraria. Salitaq; Sali opponatur, ac
 dolor ex salium vel coagulatione, vel resolutione aut effervescentiâ
 subortus, cum sale tanquam specifico oppugnetur. Deinde quod
 ægri modò urantur, modò frigeant, id vel accidere autumo, ob indo-
 lem diversam humoris influentis, qui hodie calidus, cras frigidus esse
 C 2 po. est

potest: vel ob saluginosum lixivium, quod & frigoris & caloris sensum gignere quitum est, non secus ac in febribus humores bilioli tum horroris, tum æstus subsequenti sunt architecti. Quod verò partibus, per quas tranat humor, nullam molestiam inferat, id inde est, quia per venas & arterias deorsum labitur, in quibus ductibus dolorem excitare haud potest, cum natura ἀπὸ δυνάμεως ἑστὴ καὶ ἐμπαροῦσας sapientissimo consilio hisce partibus sensum tactus prorsus denegarit. Hinc Galenus lib. XVI de usu part. cap. XII, p. 220. verè dixit: arteriæ & venæ cujusq; partis, sensus omnino sunt expertes, sive illas frangere velis, sive utere, sive incidere, sive laqueis excipere. Insuper nec id arguit malignitatem, quod humor nodos parti ingeneret, uti nec illud quod dolores sint acutiores, siquidem omnia illa ab humore seroso, in quo τὸ πωροποιητικόν, & variæ salium tincturæ delitescunt, proficisci queunt. Tandem nec ἐκπιήσεως ἀπὸ βίαια hic quicquam persuadet, nam etsi sanguis facilè in pus mutetur, bilis tamen & melancholia difficulter in id convertuntur, & compertum est, tumores ex bile & melancholia natos adhibitis suppurantibus non in pus abiisse, sed ita degenerasse, ut cancerum & maligna hucera, θηλειώματα ἢ ρομάς, Charonæa & Telephæa alias dicta, excitarent: imò in totum repugnat sero suppurari, unde liquet, non statim illum humorem malignum & virulentum esse pronuntiandum, qui nunquam ad suppurationem devenit. Ex his jam constat, podagræ autorem non esse virus quoddam, sed potiùs serum seu tartarum, partes nervosas circa pedum articulos vellicans ac pungens.

Colligitur autem serum in juncturis existens, ac continuum dividens, vel per πνευματισμόν, vel per συναθροισμόν; Collectio humoris tartarei per defluxum frequentissima est, & fit dum expultrix partium infimi ventris, hepatis præsertim, lienis ac uteri aliquando, insurgit ad expellendum id, quod naturæ oneri & molestum est. Et quia materia peculiarem ἐπιπύην ad pedum articulos habet, commota primitus & sponte suâ, & motu partium peristaltico comitata eò proficiscitur, & quidem venarum & arteriarum vehiculo, Ab hac colluvie humoris

moris circa juncturas podagra ὡς Πι το πολέειον sua nascitur natalicia. Altera collectio per συναθροισμὸν rarior est, & fit ubi articuli vel partes membranosa affluens alimentum ob inquilinam ἀόρευσαν, & deperditum robur non ritè coquant, nec excrementa debito modo sequestrant. Alimentum autem dictarum partium naturâ suâ comparatum est, ut faciliè tartarum suppeditet, non dextrè coctum: quippe cum partes articulorum glutinosæ sint & mucilaginosæ, etiam glutinosum, & per consequens falginosum & tartareum expolcunt alimentum, quod nisi optimè digeratur, præsentis mali causa est. Ab tartaro rarius quidem oritur podagra, attamen ubi inde generatur, ferè eo modo circa pedum articulos fit ebullitio, qualis accidere solet, ubi simplex aqua ad extrahendum salem calci vivæ affunditur. Hæc tartari calx diu aliquando circa pedū juncturas otiosa hospitatur, ubi v. levis concurreit humoris defluxio, statim perfusâ & accensâ calce fit effervescentia & ὄγκωσις quasi quædam, quæ dolorem vehementissimū parit. Hinc causam reddere haud difficile est, quæ fiat, quod quidam doloribus corripiantur, etiamsi nulla defluxionis adsint indicia, quod inde esse censeo, quia tartarea illa materia circa juncturas hærens statim quodam tempore partitudine quasi quadam se multiplicat, ac spiritus quosdam salinos exhalat, acrimoniâ suâ partes sensiles impetentes, & lancinantes.

SUBSECTIO II.

Fontem defluxus proponens.

Fontem & originem hujus mali ratione defluxus, & vias per quas humor delabitur, quod attinet, notum est, autores hæc in diversas abire sententias. Fernelius lib. V. de morb. & sympt. cap. VI. p. 529. & lib. VI. cap. XVIII. p. 636. caput, quod ἐξέειν ἐνθροπίων κακῶν in epist. ad Demetrium Regem Hippocrates nominat, omnis defluxionis sive internæ sive externæ fontem esse statuit, & quidem scaturiginem cujusvis arthritidis vult esse partes capitæ externas, & ex-

tra calvariam positas, in quibus humor pituitosus & serosus colligitur, maximè sub cute verticis, quò venarum per faciem & tempora in caput irrepentium extrema desinunt. Humorem autem hìc loci cumulatam, cum præ cutis crassitie atq; densitate foras vaporare haud queat, in cervicem, in scapulas, in brachia, in dorsum & lumbos, in coxendicem, in crura, in omnes deniq; articulos, tendere, ibiq; acutissimos dolores gignere ait. Eos autem errare proficitur, qui ex intemissis partibus humorem in articulos irrumperere credunt. *Platerus l. c. eolum. 578. & seqq.* aliam fovet sententiam, statuens humorem arthritidis causam vel intra venas, vel extra venas congeri. Extra venas qui congeruntur humores, eos coacervari dicit, vel intra calvariam, qui postmodum nervorum ductum secuti ad articulos labuntur; vel extra calvariam, qui sub cute deorsum vergentes articulorum sedibus sese insnuant. Intra venas verò qui congeritur humor, sanguinem esse putat, sive copia peccantem, sive excrementitio humorum ichore, perfusum, qui ubi articulos petit, gignit arthritidem, febris synochæ aliquandiu ceu comite stipatam. *Mercatus tom. III. lib. IV. c. XVIII. p. 434.* alij adhuc addictus est sententiæ, docetq; humores originem fluxionis aliquando sumere à ventriculo, aliquando ab intestinis. Item sue crescere dolores ait, semine, menstruo aut puerperio deficientibus, item hæmorrhoidibus suppressis, vel alia consueta evacuatione. Specialius autem non solum à capite, sed & frequentius à toto corpore, frequentissimè autem ex jecore fluxionis prodire materiam, adstruit. Vias autem per quas humor defluit, quod concernit, censet *Mercatus p. 435.* rarius fieri destillationem per partes & meatus exteriores, qui proximi sunt cuti, frequentius per venas & membranas tendinum, ac sæpe nervorum, & conspicuos atq; occultos carnis, & reliquarum partium corporis meatus, frequentissimè per venas & communia vasa, quibus alimentum partes suscipiunt. Verùm enim verò neutra harum opinionum nobis arridet, cum primis *Fernelj.* qui saltim à capite, & quidem per summa corporis sub cute humorem ad pedum articulos deferri credit. Primò namq; fons remotior est, nec verò consensum videtur, humorem à cerebro delabi, cum sæpe in momento hominem

minem dolor corripiat. Et qua nvis aliquando materia quaedam ex erure recta adscendat per femur, lumbos & dorsum, & in basi cerebri subsistens derepente epilepsiam gignat, ut videre est in puero epileptico, cujus à Galeno lib. III. de loc. affect. c. V. fit mentio, tamen illa nihil aliud est, quam εὐία πρὸς τὴν κεφαλήν, ὡς πρὸς αὐτὴν, quæ facile viam invenire potest sursum abeundi. (2.) si cerebrum esset fons istius mali, æger antequam podagrâ corriperetur, semper κεφαλαλγία laboraret; correptus verò ab eadem liberaretur. (3.) alia symptomata graviora incurreret, si materia in cerebro vel generaretur, vel cumlaretur. (4.) in descensu vel paralyfin, vel cōvulsionem, vel etiam dolorem gigneret, antequam extremos pedum articulos adiret. (5.) Cum podagri ut plurimum sint εὐφρῆς τῶν ἀγνοῦντων, & expedito ingenio, verisimile est, à capite haud scaturire humorem. Nam plurima eruditorum scripta podagra debemus, quæ, si sani fuissent, vix edidissent. Et Cardanus in encomio podagra scribit, magnum Erasmmum è cubili podagra, quicquid legi meretur, exprompsisse. (6.) si humor serosus in capite, vel potius in verticis parte exteriori cumlatur, cur non instituis hinc loci curationem, & fonticulo excitato humorem evacuas, & itineri ejus ad inferiora sufflumen ponimus. (7.) Cur non tumor ille in vertice instar cereæ mollis, cujus Fernelius meminit, cutem condensans, eamq; à calvâ plurimum disjungens, semper animadvertitur, ubi podagra vel alia arthritidis species hominem est correptura. His rationibus evictum esse arbitror, caput non esse partem mittentem, ut cum Fernelio plurimi hætenus statuerunt. Interim non penitus inficior, aliquando κέδμενοι spuria, vel dolores vagos in partibus externis excitari posse, humore à capite sub cute destillante, hos tamen arthritici doloris nomine, & quidem veri, indignos judico, cum & cito remittant, & ab humore frigido, non circa articulos, sed musculorū membranas consistente, & sæpe in status verso, oriantur. Quod verò à lateris humorem à capite defluentem ductum nervorum sequi Mercatus per membranas tendinum & nervorum eundem deferri putent in eo uterq; fallitur. Etenim si nervorum ductum sequeretur humor,

vel

vel per membranas tendinum & nervorum deflueret, fieri non posset, quin rigatâ aut compressâ nervorum substantiâ paralyſis confectim induceretur. Vel convulsio, nervis ab humore acri vellicatis.

Rectius itaq; dimissâ Pallidis arce fontem defluxus podagrici statuimus hepar, lienem, & reliqua in abdomine viscera, in quibus saluginosum istud lixivium coacervatur, usq; dum à facultate partium expultrice ad pedum infirmos articulos ablegetur. Ita ab intestino colo aliquando humor in articularum regionem excidit. Hippocrate & Galeno VI. Epid. comm. IV. text. III. docentibus: quod commodè per arterias melaricas fieri potest, quæ humorem in arteriæ magnæ truncum ingerunt, & ita ad articulos amandant. Ab utero etiam quandoq; humor decerrat, ut factum in Phaëtusâ, quæ ex mensium suppressione non modò arthritidem ineurrit, sed & penitus hirsuta facta est, & barbam alere cepit. Idem Namysiz contigisse scribit Hipp. lib. VI. epidemior. section. VII. p. 547. Vias autem, per quas humor ad pedum juncturas proficiscitur, dicimus esse tantum venas & arterias, & quidem venæ cavæ, & arteriæ magnæ truncum descendentem. Id ipsum varia confirmant. Nam (1.) ubi humor in procinctu est, & *κατακαγμὸν* minatur pedibus, in excreto lotio commotæ materiæ aliquando adsunt indicia. (2.) adhibitis repellentibus haud rarò pedes jam affligens humor *παλινδρομὴν* instituit, & eò quandoq; assurgit, ut cordis compressionem, syncopen, aut simile quid, cum internecino sæpe damno ipsius ægri pariat, nisi rursus ad articulos relabatur, vel etiam cathartico adhibito egeratur. (3.) in crisi aliquando per *διόσημιμῶν* seu *μετὰ κρίσιν* humor ad pedes à natura propellitur, qui certè non à capite & quidem per summa corporis sub cute, sed potius ex venoso genere eò se exonerat. Ita VII. collig. c. III. testatur Iben Raschid, ex acuto morbo arthriticum se factum, cum natura per crisi humores ad articulos, & præsertim ad pedes depulisset. (4.) venæ circa pedum articulos intumescunt, ac turgidæ conspiciuntur in principio paroxysmi, quæ *διόσημιμῶν* revera indicat, humorem arthritidis causam à venis exspui in partes sensiles articulum ambientes, & non sub cute à capite eò transmitti, Quod verò Fernelius miratur, quo-

quomodo à visceribus intimisq; sedibus possit humor sincerus aliquispiam per venas ferri, item quomodo per ora venarum in articulos purus excidere queat; id mirari desisset, si naturæ metus in variolis, scabie, & cognatis morbis, recordari voluisset, ubi humores cacochymi, sepe puri, in extrema corporis, universitatiquè, superficie è, quæ *χειρὶ ἀντι* veteres *Pythagoræ* appellarunt, evomuntur, & varia *ἐκ βρογχίμων, σπιρί, &* id genus maculæ efflorescunt. Imò exactius ἐκ τῆς *κοιλίης πρὸς τὰ ἄνω, &* ἐμῶν *ἐπιπέδου* γινώσκων, videre est, quomodo natura humorum saburram expellat, ut illi alimento sibi in venis asservato. Similiter & cathartica & vomitoria exhibita idem persuadent, quorum beneficio humores cis hepar stabulantes ex ipso venoso genere eliciuntur, & sinceri vel puri, nullo sanguine permisti (nisi *ὑπερκόπασσι* subsequatur) per inferiorem gutturem, ut *Plantæ* ait, vel etiam per os ipsum foras extruduntur.

SUBSECTIO III.

Causas antecedentes evolvens.

Vidimus hæcenus causam podagræ continentem de fluxu *ἐκ μαζῶν* seu fontem, & vias, per quas humor decurrit, jam ad restantia causarum genera nos conferemus. Causa itaq; *περὶ γυναικῶν, quæ Galeño cap XXCHX. artū medicinal. p. 69. Ἀρθροίτις, ἐφ' ἣ γίνεσθαι πεφύκει ἡ νόσος,* definitur, à nobis triplex constituetur. Prima est humoris serosi *παρασκευή*. II. partium mittentium *Ἀρθροίτις παρὰ φύσιν*. III. juncturarum seu partium circa pedum articulos *ἀόθενεια*. Humor serosi *παρασκευήν* quod attinet, cum illa circa hepar & lienem, ubi viscera *χυλώσει &* *ἀιματώσει* inservientia à naturæ catorthomate declinant. Quippe cum in cibis sit *ἀνεπίτηδιον καὶ ἄκρητον* quid, in quo *δυνάμεις Hippocratica* latitant, archæo autem ipsius ventriculi incumbat, ut utile ab inutilli segreget, si jam in hac suâ functione actio archæi frigeat, chylus impurus, ac variis salivæ tincturis contaminatus offertur hepatis, qui hospes etiam si

D

admit-

admittatur ab eodem, non tamen eo modo tractatur. quo quidem tractari meretur Nam exuendus esset illo ἀνεπιτηδίου καὶ ἀκρήτου, & postmodum denudatus ad reliquas partes abiegandus, verum cum id secus fiat, non potest non ingens damnum inferri corpori, sero vel tartaro in venis coacervato. Hoc a. serum non frigida naturæ æstimandum est, ut *Fernelius* sibi imaginatur, sed calidæ, spiritus mordaces & acres obtinens, quibus partes sensibiles infestare novit.

Partium a. mittentium constitutio sæpicule calida est, potissimum hepatis, & rectè scribit *Quercetanus in cons. de arthritide. p. 222.* Illi, qui doloribus hæcè conflantur, ut plurimum sunt hepate calidiore & frigidiore ventriculo. Hepar namq; calidius chylum, à ventriculo minùs dextrè elaboratum, opinione celerius ad se rapit, & ex eodem sanguinem crudiozem, & tartaro sæcundum generat, qui reliquis partibus oblatas eas quidem ratione utilis portionis instaurat, verum istud ἀνεπιτηδίου seu tartareum, à facultate expultrice haud sequestratum regurgitat, & si à renibus adscieum dispositionem λαθροπιηλικήν in iis invenerit, ibidem subsistit, & in calculos concrevit, ubi verò in venis aliquandiu asservatur, tandem ad pedum juncturas propellitur, & dolorem, sæpe etiam tephos producit. In corpore autem ubi detinetur, nec cum urinâ excernitur, lotium tenuius & limpidius existit quod indicium & turbata coctionis, & tartari intus subsistentis certissimum, in corpore præsertim hepar calidius obtinere. Nec tantum hepatis calidior constitutio tartari in corpore cumulatæ causa est, sed & frigidior. Hepar enim πλάδρωπεν, & calore suo depauperatum, actiones suas segnè exeret, nec separat separandum, unde & crudior sanguis, & huberior tartari proventus. Ejusmodi λαθροπιηλικήν tartarificæ hepatis ac heni aliquando ingeneratur, ubi quis arthriticis nascitur parentibus, à quibus vitiosa dispositio, impuritates saluginosas gignens, seminis interventu in prolem derivatur. Semen namq; cum sit δριπασμα, non quidem τὸ σωματικόν seu corporeæ molis, ut contra *Epicurum* & alios demonstrat *Aristoteles lib. 1. de generat. animal. cap. XII.* sed potius τὸ πνεύματικόν, seu spirituosæ, substans

cia, facillè spirituum vehiculo tartarosa viscerum dispositio in sobolem jure quodam hæreditario transvahi potest. In famellis ubi uterus pars mittens est, plerumq; ἐμφραξίς ipsius incusatur, ob quam γυναικεία vel κατμήνια seroso humore commaculata seu inquinata subsistunt, & postea iter suum ad infirmas pedum partes ingrediuntur. Hinc verè Hipp. VI, apbor. XXIX. γυνή ἔποδαγεία, ἢ μή τι κατμήνια αὐτῆν ἐκλίπη. Addiderim ego in puerperis uteri κατὰ φύσιν, ab ambiente aëre factam, quæ λόχια seu purgamenta post partum repelluntur, & ad articulos delegantur, Sed hæc rectius ad causam procatarteticam referri possunt.

Infirmitas partium circa pedū articulos causis antecedentibus annumeratur, cum & hæc suum Ἰπ. βάλλον μὲρ ὁ πνευγμεθός conferat ad podagram inducendā Nam tono suo exuri, seu imbelles articuli facillè allabentem materiam suscipiunt, nec refractariè partibus robustioribus sese opponunt, sed lixivio salfuliginoso patienter hospitium indulgent, idem ferè perferendo, quod in ἐλιζαρχία Republicā, quæ ab Arist. I. IV. πολιτορ. c. II. πλιθίας παρέμβασις nominatur, minus potestates perferunt, qui sæpe ab iis, qui plus polent, opprimuntur, & multasiam onerantur. Imbecillitas a. harum partium vel nativa est, vel adscititia. Nativa iterum duplex, alia hæreditaria, alia non hæreditaria, & oritur hæc ex vitiosis Διὰ πλάσσει, quæ partes in utero laxiores, molliores, & insuper balsamo nature haud satis inundatæ producuntur, unde postea ob raritatem, ac viarum amplitudinem, & destillantem humores facillè recipiuntur, & ob defectum caloris excrementa congerunt, alimento non ritè concocto. Ad hanc nativam pedum imbecillitatem ingenerandam plurimum facit Mars & Saturnus. Horum namq; maleficorum alteruter si in Piscibus existat, hominem podagram, vel alio pedum morbo detentum facit, cum Pisces pedibus præficiantur, & imprimis si in sextā vel octavā exiterint domo. Ita Romanorum Imperator Rudolphus II. pedis morbo tentatus fuit, quo etiam mortuus, cum haberet in genach suā Pisc. octavam domum tenentes, & Saturn. in illis versantem retrogradum.

D 2

Simi:

Similiter virum quendam magnum novi, qui in octava domo genethi-
ci thematis Pisc. & in ijs saturn. inertan: emobinet, magno pedum
periculo. In hereditaria verò partium ἀδύναμι, præter illam laxita-
tem, & caloris defectum, characterem peculiarem agnosco, quem hi-
sce partibus impressum esse statuo, à parentum semine procedentem.
Quippe in semine eū delitescat spiritus omnium partium ideam expri-
mens, sic ut in morbis salinis ac fixam habentibus radicem, unâ cum
partis idea, character quidam vitiosæ Ἀγθέσεως, partem occupantis,
mediante spiritu & spumoso seminis corpore, in prolem transplanter-
tur & ita propagetur. Quod verò in sulphureis & mercurialibus
affectibus id haud eveniat, inde est: quod hi morbi fixam radicem non
obtineant, cui spiritus affuescat, ideoq; parentes ejusmodi morbis con-
sueti rardè vel nunquam liberos sibi plane similes generant. Adsei-
ticia pedum imbecillitas à variis dependet causis, ut postea dicetur.

SUBSECTIO IV.

Causas procatarticas explicans.

SEquuntur causæ procatarticae, Hipp. III. aph. XII. πρὸς ἄ-
σκεις dictæ, utpote quæ occasionem saltim præbêt, & πρὸς σκευὴν
in corpore morbosam præsupponunt, ideoq; à Galeno l. de caus. puls.
cap. I. dicuntur ἀνεπαρκέων τῶν ἐν τῷ σώματι Ἀγθέσεων.
Et sunt in se insufficientes ad inducendum morbum, quo respectu ab
externis causis discriminantur, quæ aliquando sibi relictae omninò sa-
tis fortes sunt, ad morbificum effectum in corpore producendum. Di-
stinguimus a. ἄλλα ἀνεπαρκέων ἐν τῷ σώματι in tres classes, quarum prima eorum
est, quæ serum in corpore accumulunt, & ad ejus proventum faciunt
II. quæ accumulatum commovent, & ad influxum invitant, III. quæ
pedum articulos debilitant, hisq; ad suscipiendam humorum saburrana
calcar addunt.

Serum ac tartaream materiam ex eduliorum genere suppedi-
tant, sale maceratae, ac fumo duratae carnes, imò omnes cibi δυσπε-
στικῆς

προι & κενόχυμοι, præsertim ubi viscerum δύναμις ἀλλοιωτική & ἐκκλιτική (secrettricem intelligo, cui inter ministras merito quintus assignatur locus) ad incitas redacta est. Ingluvies quoq; & crapula in tartaro congerendo maximum adferunt σύμβολον, soleiq; podagra μιστήριον. apud Sybaritas plerumq; divertere, ut ex fabulâ illâ, quâ ab aviâ Leonardâ recitatam allegat Jovianus Pontanus lib. V. de Sermon. cap. III. clariùs patescit. Vina serum accumulans, cum primis in locis argillofis, limosis, lapidosis, margâ aut alio minerali instructis, crescentia. Terræ enim hujusmodi, succum sale aut tartaro luxuriantem ad vitium radices ablegant, qui attractus, ac in substantiam earum cōversus, lapsu temporis uvas producit, consimili tartaro gravidas. Et licet expressus liquor fermentando postea pusculum deponat sæcum, spondyliis quoq; vasis aliquota earum pars adhærescat, attamen haud exigua portio intimè admixta manet vino, quæ postmodum in corpore humano vel calculum, vel arthritidem generat, pro diversitate subjecti. Idem vino δὲ κελθῆς seu cerevisiæ accidere potest, si scilicet conficiatur ex hordeo, in solo noxio proveniente. Perperam itaq; agunt coloni (ut factitatum vidi in Gallia) qui agros margâ stercorant, nam etiam si latius & uberius adolescere cernant segetem, & lautiorum quoq; expectent messem, propriam tamen haud consulunt sanitati, ob ἀνεπιήδιον illud, quod frumenta è terrâ matre adsument. Insuper cerevisiâ plurimum tartaræ suppeditat materiæ, ubi ex aquâ impurâ, limosâ, aut minerali quadam qualitate infectâ paratur. Hinc videmus quibusdam locis podagram esse ἐπιδημον, natalitiam, & quasi perpetuatam, modò ob frumentum, modò ob aquam. Cum esculentis & potulentis amicè conspirant, & ad seri collectionem faciunt, πῖπληθὺς μὲν sive vitæ fors atq; institutum, iners nempe & deses vita, oelium supinum, excubiæ immodicæ, solennium evacuationum interceptiones, uteri ac hæmorrhoidum, cum primis sudoris impedita excretio, ob πύκνωσιν seu pororum cutis constipationem, quæ præfente vix διαρροία naturalis, nedum humoris serosi evacuatio à natura peragi potest. Oliguria, vel etiam omnimoda urinæ suppressio

idem efficit. Ita juris iste Licentiatus, cujus *Doringius l. l. de Medicinâ & Medico p. 109.* meminit, qui loti ad eum acre reddebat, ut spiritus vitrioli in stramineam lineam corroderet, facile doloribus arthriticis corrigi potuisset, si materia *Ἀπὸ τῶν ζυμφορῶν τῶν χωρίων* non fuisset excreta.

Commovet serum aër calidior & humidior, tum inspiratione attractus, tum per occultos corporis meatus admissus, ac commotus iter ad inferiora persequitur. Hanc aëris ambiens vim, & reliquas instantes *τῶν ἰσχυρῶν μεταλλάξεις* exemplo sentiant podagri, quo nomine dicuntur almanach habere in pedibus. In primis vere & autumno dolores arthritici evigilant, eò quod tum aër humores tum maxime exagitet, secundum istud: *τὰ podagρικὰ ἔχεις ἐν τῷ φθινοπώρῳ κινεῖται ὡς ἴππὸς τὸ πλῆθὺ*, VI. aphor. LV Potissimum vere, quo tempore terra vivifico solis calore excitata, secundum suum aperit sinum, ac spiritus balsamicos per naturalem sublimationem plantis distribuit, eaq; brumali frigore demortuas quasi resuscitat. Tunc quoq; omnes res, quae in eâ degunt, commoveri, & vina defecata abas, & limpida turbari videmus. Ita & sanguis, spiritus, & reliqui humores vitiosi in corpore humano agitantur, & pro diversitate subjectorum diversi generantur morbi. Motus corporis vehementior idem quoq; praestat. Hinc Scythis frequens hoc malum est, non solum hac de causa, quod stapedibus careant, verum etiam quod frequentius equitent. Neapolitanos quoq; ob equitationes saepius podagrâ corrigi scribit *Campanella lib. VI. medicinal. c. V. articul. V. p. 381.* Venus itidem, pervigilium, balnea, iia & exardescencia humores concitare, & ad partes extremas praecipitare possunt.

Pedum articuli debilitantur, ubi quis *γυμνώπως* incedit, & quidem tempore frigidiusculo, & pluvioso. Crebrius quoq; *ποδονίτες* adhibere noxium, cum pedes laxet & humectet. Galei non satis habiles & apti premendo infirmare pedes, & affluxui humorum quandam *ἀφορμὴν* dare possunt, uti & allisiones fortes ad lapidem vel terram. Non tamen cum veteribus superstitione hæc credendum, si quis inter eundem pedem in terrâ offendant omen hoc esse instantis mortis, & quasi vocantis, ut ex *Diogene Laertio refert Meursius in mantissa de luxu*

Roma.

Romanor. cap. IX. p. 105. Nativa pedum imbecillitas in utero materno contrahitur, facultatis formatricis, vel etiam seminis vitio, ut ante ostensum. Et tantum de causis.

ARTICULUS V.

Accidentium potiorum enarratio.

Potiora affectionis consecraria, sive accidentia sunt febris, tumor, rubedo partis, *πῶς τὸ πῶμα τὸν ἀθυμία* seu impotentia motus, & topi seu nodi. Febris podagræ juncta, secundum Platerum *πυρετός συνῶς* est horrore primum, mox superveniente calore siti, corporis inquietudine, & gram molestant. Hæc ob recursum sanguinis ad interiora plerumq; vesperi augetur, imò pro naturâ humoris, qui unâ cum saluginoso lixivio concitatur, hoc vel illo die, intendi solet. Tumor & rubedo partis influxum sequuntur humorum, soletq; dolor remittere, ubi pedum intumescit, seroso excremento à partibus membranosis & nervosis ad exteriora protruso. De ambulandi impotentia *ἀλγία καὶ πῶμα* ferè individua comes est, & oritur non ob paralytiam partis, ut quidam autumant, sed quod Spiritus animales negotiis distungantur, tum in percipiendo objecto ingrato tum in deferendâ specie ad primum sensoriam, quo dijudicetur. Topi à Sale & tartaro coagulato oriendi sunt, in auras abeunte per *ἄσπερσον* aqueâ substantia, Materia a. ex quibus nodi generantur, albicat aliquando instar cretæ, refertq; Forestus *observ. lib. XXIX. observ. X. p. 86.* quendam in Nosocomio Delphensi articulis digitorum, crassâ, albam, induratumq; materiam instar cretæ albæ exemisse, & parietes tabulataq; depinxisse, non secus ac si creta fuissent depicta. Præter enarrata accidentia quandoq; etiam convulsio accedit (quam Platerus aliquando se observasse scribit, *tom. II. prax lib. III. cap. XVI. col. 571.*) Sed rarer. Queritur autem hîc *ὅς ἐν πῶμα*, qui fiat, quod non frequentius adsit, cum podagræ subjectum sint partes membranosa, causa verò conjuncta, humor serosus, acris & mordax?

Capi-

Capivaccium causam hujus rei esse putat, quod humor ligamenta saltem occupet, non verò nervos & tendines, *Erastus* verò *disput. IV. contra Paracelsi*, humorem aqueum & pituitosum accusat, qui nervis circumfusis eos magis laxat, quam tendat. At utraque opinio talo suo haud stare potest, & quidem *Capivaccij* hoc nomine ne titivilitio digna est, quod ligamenta tantum podagræ subiectum esse statuat. Altera verò ideò repudiatur, quod dicat humorem aqueum & pituiteum hujus mali causam, qui partes magis laxet, quam tendat, cum tamen variis salium tincturis pollutus sit humor, & spiritibus suis salinis partes plus tendat, quam uda substantia laxet. Et licet aliquando contingat tantillum partes laxari, tanta tamen laxitas fingenda non est, quæ fibras musculorum resolvat, & principem musculi actionem, contractionem scilicet versus suum principium, annihilat. Nam, si hoc, sequeretur podagræ esse intimè conjunctam paralytin, & *podagryv* esse *παρὰ λυδμυρον*, quod tamen ob acutissimum dolorem, quo affliguntur ægri, vix concedi posse, mihi persuadeo. *Clarissimus Sennertus, preceptor meus* *περὶ τῆς ἄρθρωσεως* devenerandus, cap. I, de *arthrit. p. 9.* longè rectius sentit, dum statuit, arthriticos à convulsione ut plurimum esse immunes quia partes sensui dicatæ afficiuntur, & non illæ, quæ motui *αἰσθητικῶν* deserviunt. Hanc sententiam defendendam judicamus.

MEMBRUM SECUNDUM

Podagræ differentias & varietatem proponens.

Differentias podagræ desumimus: I. à generationis modo. II. ab accidētibus III. à duratione. IV. ab invasione. Quibus alià à parte affecti petitā adijcere liber. Generationis modus hanc suppediat differentiā, quod alia sit hæreditaria, alia non hæreditaria. Hæreditaria à parentibus jure hæreditario confertur liberis, & quidem mediante principio vitæ nostræ, seu semine vitali, in quo spiritu delitescunt non solum partium *συνάρτησιν* & naturalem earum constitutio.

tutionem, sed & seminium fixi istius mali, seu characterem quendam secum adspontantes, & sævè ingenerantes. Seminum autem istud nihil aliud est, quàm sal quidam fixus, qui ex tribus principiis hypostaticis solus generat morbos, fixas radices habentes, hæreditarios intelligo. Quod verò sal sit generationis principium, inde confit manifestum, quod nimirum sales inveniuntur, qui in terram immissi plantas è quibus parati fuere, propullulare faciunt. Hic obiter movetur questio, qui fiat quod character iste aliquando non in liberis, sed in nepotibus demum evigilet, eosq; avis reddat similes? Id fieri autumo (1.) ubi saltem unius parentis semen morbido vitio inquinatur, alterius autem balsamo naturali abundat, tum morbidum istud vitium à vigore balsami alterius parentis emendatur, eiq; sufflumen quasi ponitur, ne in sobole se exerat. (2.) Uteri materni optima constitutio hic plurimum juvare potest, ut videmus in quibusdam plantis, quæ ex agresti loco in hortum translatae & feliciùs & lætius in altum asurgunt, ac melioris fiunt conditionis. (3.) Vicius ratio etiam haud excludenda est, quippe si podagri filius optimo vivendi regimine utatur, nepos autem illius haud accuratè servet diætam, sed in placulis delinquat, accidit, ut nepos podager fiat, non autem filius. Nec tantum in morbis hæreditariis id contingit, ut character seu sigillatio in nepote demum se prodar sed & in aliis. Ita Helis mulier cum Æthiope congressa non filiam peperit formâ Æthiopis, sed natus ex illa erat Æthiops. *Aristot lib. I. de generat. animal. cap. XIX.* Non hæreditaria podagra aliunde, quàm ex parentum semine contrahitur. Accidentis podagrae aliam faciunt nodosam, pedum juncturis nodos seu tophos apponentem, unde *περικνηδωσιον* & *Φίλα* nuncupatur, aliam nodis earentem, aliam cum febre, aliam sine febre, &c. A duratione alia inveterata, alia recens & nova appellatur. Invasionis respectu, alia cum periodo invadere statuitur, alia sine eadem. Pars affecta hanc suggerit *Νεφροειδής*, quod alia pollicem, vel omnes pedis digitos affligat, alia metapedium, alia tarsum seu pedum digitos affligens dactylagram metapedium occupans metapediagra, tarsum verò seu pedum occupans, pediagra nominari potest. Et quam-

E

vis

vis à nemine ita distinctam legerim podagram, atramen non absurdè me facturum arbitratus sum, si ita dividerem, cum in primo insultu saepe podagra tantum pollicis articulum adoriatur, raris aut metapedio salvis existentibus, aliquando malleolos infestet, pedum digitis in vado relictis.

SECTIO II PRACTICA.

MEMBRUM PRIMUM

Podagra ομηροίαν expediens.

Signa secundum *autorem definitionis medic.* nihil aliud sunt, quàm τῶν ἀδήλων δηλωτικά, & dispescuntur in *Διαγνωστικά* & *προγνωστικά*, & *ἀναμνηστικά*. Nos posterioribus suo loco relictis, duobus sequentibus articulis, de signis diagnosticis & prognosticis, in quantum nostrum concernunt affectum, unice agemus & quidem *ἀλβεοχέων*.

ARTICULUS I.

Signa Diagnostica.

Diagnostica signa sunt vel *παθγνωμονικά*, quas ex *συνδεσμή* multorum extructis affectum ipsum indicant: vel *αιθγνωμονικά*, qua causas detegunt morbificas: vel *διακρίτικα*, qua affectum ab affectu discriminant. Signum podagrae *κατακτητικόν* seu *παθγνωμονικόν* exhibet cum primum dolor & impotentia motus, quam haud rarò comitatur tumor, ardor & rubedo partis. Dolor initio plerumq; pollicis articulum aggreditur, mox metapedum, vel etiam malleolos. Ubi malum inveteratum & jam confirmatum, in super tophi accedunt, qui nodosa podagrae certissimi indices. cum

Jam jam imminere malum, & fores sui domicilij pulsare indicant sæpe, si agrum horror corripit, lotium turbetur, & levis quædam molestia sentiat in pedibus. Humororum potissimum serum ad pedum articulos comitantium signa varia sunt, pro diversitate humoris unâ cum sero concitati. Nam si pars affecta insigni rubedine tingatur, αἷμα τοφλαβδισαίνες seu venæ & arteriæ distentæ satis conspiciantur, æger plethorâ laboreat, indicium est sanguinem sero junctum in pedes irruisse. Si verò tumor mollis & albicans adsit, æger diæta Πάυλη & Φλάουρη, pituitam coagereate utatur, humorem pituitosum indubiè sero se adjunxisse comitem existimandum. Ardor, tensio, ac subflavescens partis color, corporis constitutio calida & sicca, & id genus, bilem præsentem arguunt. Verùm hi humores cum proximè podagram non excitent, ut fusiùs declaratum ante, sed vel concitati unâ cum sero, vel etiã à dolore attracti eò procumbant, tumorem in partibus exterioribus generantes, etiã in eorum signis recensendis nolimus esse operosi. Ne autem imperiti, ut quandoq; fit, podagra primitias pro erysipelate habeant, signa quædam adferenda sunt, quibus podagra primùm invadens ab igne sacro distinguatur. Primò pars affecta hos discriminat affectus, quod scilicet podagra, vel pedum articulos, vel metatarsum, aut malleolos occupet, erysipelate plerumq; in imo tibiærum florente. (2.) dolor erysipelatis mitior est, multò ferocior in podagrâ. (3.) Calor in erysipelate longè ferventior, utpote qui cutim aliquando adurit, & vesiculas excitat. (4.) rubedo partis affectæ magis florida & ignea in erysipelate, quæ etiã cute leviter pressâ dispalescit, rursusq; redit, & sæpe ad vicina serpens in latum se diffundit, secus ac in podagrâ. (5.) tumor rarò visitur in erysipelate, frequentissimè in podagrâ. Ab aliis pedum affectibus facillè distinguitur noster affectus, ideoq; haud opus est, ut h: sce immoremur.

E 2

AR-

ARTICULUS II.

Prognostica.

Prognostica quod attinet, notum est podagram morbum esse ut plurimum difficilem exstirpatum, & duo illi Syri apud *Lucianum* id satis testantur proprio exemplo, quibus *χελονα πτελεδωρον* inunctum parum profuit. Non tamen credendum, prorsus incurabile esse malum, cum plurimi vel medicamentorum ope, vel abstinentiâ à vino, vel gaudio uitio, vel etiam terrore & consternatione fuere curati. Exempla curatorum passim exstant. Nobis lubentia est unum atq; alterum offerre, qui consternatione mirabiliter a *valere Gvilielmo Fabricio* *centur. 1. epist. XLVII.* ejusmodi refert *historiam*: Podager erat tertiicus quidam ac maledicendi studio planè deditus, hunc diu lecto affixum homo quidam festivus, qui lingua ejus petulantia paulò ante læsus erat, sub crepusculum vespertinum accedit, & quidem larvatus Æthiopsis instar. Æger insolentiâ formæ, solitudine, & crepusculo perterritus, quatit quis sit, & unde venerit; alter respondens propius lectum accedit, & brachiis, quæ & ipsa arthritide, laborabant, ægrum arreptum dorso imponit, & ita pendentem & vociferantem extra cubiculum, effert. pedes illius gradibus, per quos descendebat, vehementer allidens. Post ubi in atæa pavementum ventum esset, onere deposito hominem sistit in pedes, nihil locutus, tantum intuens, mox accurrit, quasi correpturus denuò, & extra domum elaturus. Ibi qui ante ne insistere quidem potuerat pedibus, ilico gradus cursu repetit, superat, ad cubile contendit, & per fenestras clamore totam viciniam excitat. Accurritur, anhelus & metu penè exanimatus narrat, à spectro se è lectulo extractum, & extra cubiculum elatum, tractatum miserrimè, & nisi nomen Jesu ingeminasset, de se actum omninò fuisse. Hic convaleuit, nec unquam podagrâ fuit correptus. Aliam *historiam* itidem mirè restituti podagri recenset *Libavii epistol. LXXIII. ad Smizerum in cista Medica Hornungi*, & quidem in hunc modum: *Patiens erat hoïpes publicus, Medicus quidam Nobilis*

billis eques, qui pactus CCC florenis sanationem promissit, & recepto autographo curam aggressus est. Patiens iussus est pedes imponere trunco ligneo. Aderant fortes servi Nobilis, qui sedentem tenerent. Ipse nobilis ferreo malleo instructus sex clavis pedes affixit ligneo trunco, πονάξ; miserabiliter clamantem agrotum reliquit, ac se in equos coniecit. Interim crebrò expiscatus est, num morbus fuisset reversus, eognitog, jam elapso triennio non rediisse, ipse repetit hospitium, & jocus cum hospite cognovit de sanato morbo. Itaq; chirographum produxit, & se Medicum fuisse ostendit, ποποσκιρ; σῶ-τηρ. Consensit hospes, licet crudeliter tractatus, equitem tam diu pavit cum suis, donec trecenti floreni essent consumpti. Ita ex relatu venerandi hospiti, Dn. D. Qvistorp̄ habeo, Lubeca fuisse Mercatorem quendam podagram, cui in hemicyclo sedenti, de improvviso vas butyro plenum in pedis pollicem à nauta quodam Rostochiensis devolutum fuit, unde & consternatus, & postmodum in vita ab omni podagræ insultu liber exstitit. Cæterum qui podagri sanabiles, qui insanabiles sunt, edocet Hippocrates lib. II. prædistor. p. 73. ubi ita scribit: ὅσοι μὲν ἢ γέροντες, ἢ πρὶ πῖσιν ἀρθροῖσιν ἰσπιωρώματα ἔχουσιν, ἢ τρεῖσιν τελευτῶσιν ζωσὶ κελίας ζηροῖς ἔχοντες, ἐπι μὲν πάντες ἀδύνατοι ὑγιῆς γίνεσθαι ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ, ὅσων ἐγὼ οἶδα, ἰώντων μὲν τάς τε, ἀρῶσιν μὲν δυσεντερίαι, ἢ ἰσπινώνηαι, ἀτὰρ ἢ ἄλλαι ἐκτέλεις ἀφελέσσι κέρτα, αἰ ἐς τὰ κατώ χωρία πέσσοσι. ὅσοι δὲ νέεσσι, καὶ ἀμφὶ πῖσιν ἀρθροῖσιν ἔσω ἰσπιωρώματα ἔχει, καὶ τὸν χρόνον ὅσον ἰσπιμελής τε καὶ φιλόποντος, καὶ κελίας ἀρθροῖς ἔχων, ὑπακύνων εὐρὸς τὰ ἰσπιθδέυματα, ὅσοι δὲ ἰσπὶς γνώμην ἔχων ἰσπιτοχῶν, ὑγιῆς αὖ γίνεσθαι. Quod verò juvenes & masculinos aliquando non restituantur, id inde est, quia in diæta plurimos committunt errores, & vel Veneri, vel Baccho sunt addicti, ex quorum concubitu ortam esse podagram commenti sunt Poete juxta istud:

Λυσιμελής βάκχος καὶ λυσιμελής ἀφροδίτης,
γίνεσθαι θυρατὴρ λυσιμελής ποδάγρα.

Deinde etiam non satis diu medicamentorum usum continuant,

E 3

quæ

quæ *Ἀδύσιν* generandi serum visceribus impressam expugnare, vel collectum humorem expurgare, vel deniq; infirmos pedum articulos confirmare valent. His accedit, quod plerumq; erroneis utantur Medicis quibus indoles podagræ neutiquā perspecta. & qui in dolore sedando tantum occupantur, mineram mali floccul habentes. Hereditaria quoq; podagra *δυσωπία καλὴ* est, vel nunquam perfectè curatur, & rectè scribit *Arnoldus de Villà nova parab. Med. cap. XIX. aphor. IIX.* Hereditariæ passiones inextirpabilis sunt radicis, & sufficit, ne pullulent in deterius convenienti regimine prohibere. Varices ubi podagris superveniunt, eos à doloribus liberant, *Galcn. lib. VI. de morb. vulgar. comm. VI. §. 8. Iben-Sina lib. III. canonis. fen. XXII. tract. II. cap. V.* Quando verò humorum fit *ἀναρρημία*, & colluvies circa sinistrū pectoris sinum, cui cordis turbinatus mucro subest, decumbit, atq; sinistrae manus digitus annularis nodum acquirit, & valde intumescit, tum arthriticos mori compertum est, ut tradit *Lemnius*. Ad prognosin etiam facit *aphorismum Hippocrat. XLIX. sect. VI. ὁκθῶσι ποδαγρικὴ νόσος γίνεται γινέσθαι, ταύσιν ἀποφλεγμῆνατα ἐν ποσὶ ἀείκοντα ἡμέρησιν ἀποκαθίσταται.* Quæ verba de ultimo saltim termino accipienda sunt, cum aliquando cruciabilitates longè citius ægrum deserant.

MEMBRUM SECUNDUM

Podagræ ἰσρασίαν exhibens.

ARTICULUS I.

Præservatio.

Signorum doctrina hætenus traditâ *προφύλαξιν* jam aggredimur, acturi, quomodo scilicet dispositus se gerere debeat, ne podagrâ infectetur. Sciendum autem totam præservatio.

tionem tribus expediri: I. ut præcaveamus, ne tartarum & serofus humor in corpore cumuletur. II. ut collectus è corpore exturbetur, antequam à naturâ incitatus ad inferiora ruat. III. ut articuli, vel potius horum involucra, seu partes ambientes, firmentur, ne faciliè allabentem suscipiant materiam.

SUBSECTIO I.

Ne tartarum cumuletur.

PRIMUM quod attinet, certum est, his qui nihil colligunt superflui, imbecillas partes semper manere in tuto, ut habet *Galenus lib. VI. de tuend. sanitat. cap. XIII.* ideo omnem movere debemus lapidem, quò corpus purum servetur. Purum autem servatur corpus, ubi tartari ac serosi humoris proventum, ejusq; congestionem avertimus optimo vivendi regimine, & viscerum nutritivæ ancillantium restituto robore. Idcirco qui proclivis est ad podagram in cibo & potu offensiones maximè à se declinet. Ex iis enim morbi nobis affluunt, è quibus vivimus; *ἐκ τῶν νοσῶν, οἷς ἔχουσι*, inquit *Diogenianus apud Plutarch. VIII. symposiacorum, quasi. IX.* Quapropter omnia esculenta durioris concoctionis & mali succi, potissimùm quibus ad saporem gulæ sal cæpit tabescere, vel quæ muris aut salisagine condita, & obdurata, quæ suillo sanguine, ammissis sale & arvinâ, facta, & postea infumata sunt, studiose devitet. Carnes taurina, porcina, anatum, anserum ad bonum succum generandum pessimæ sunt. Aliqui etiam gallinarum & caponum carnem improbant, scribitq; *Crato consil. CCLXIV.* Caponem peculiarem succum habere, quem natura ad articulos depellat. Inter pisculenta cyprinos fugiat, podagris mirè noxios, refertq; *Julius Alexandrin. lib. XV. salubr. cap. IX.* se novisse quendam, cui esu cyprinorum podagra erat perpetuo parata. Anguilla, etiam si *Athenæo πάντων ἰχθύων ἐυχυλάττει* dicantur

tur

tur, tamen glutinosâ suâ pingvidine & humiditate nocent, & insuper
 pravum succum generant. Ostrea, acipenser, squillæ (ob quas vi-
 vas devoratas juvenem quendam extinctum tradit *Forestus lib. XIII.*
obs. XXVI. in schol. p. 136.) aselli pisces, aleces erudæ conditanæ, passe-
 res Græcis & Germanis *πλάτεις* nuneupati, soleæ & rhombi maximè
 exsiccati repudientur. Placentam *τηρανίτιω* Atticis dictam, & alia
 itria in sartagine tosta despiciat, nec cibus vicitet in vasis æneis coctis,
 seu præparatis. Nam si quid intestinis, & omnibus membris natura-
 libus nocet, imò vitam laedit, coctura ciborum in æneis vasis hoc facit,
 ad stipulante *Cratone consl. CXVII.* E bellariis pomorum usum quoq;
 interdiciunt Medici ob nimiam eorum humiditatem, imò *Paræus lib.*
XVII. Chirurg. cap. XII. citria & aurantia mala vitari jubet, quæ si no-
 xia sunt, ob salem armoniacum acidum naturæ noxia esse debent. Le-
 guminum quoq; esus crurum impotentes facit, teste *Hipp. II. epidemi-*
or. sect. IV. p. 490. Quantitatem ciborum quod attinet, in iis τὸ μέτρον
 nunquam excedat, sed potius à mensa assurgat, reliquis desiderii ad-
 hue in anima remanentibus, ut habet *Iben Sina lib. I sen. III. doctrin. II.*
cap. VII. p. 62. Nec varia edulia ingerat, verissimum namq; est, quod
 vulgò dicitur: τὸ πικρὸν τὸ ἀλίτην πικρὸν ἀνοήματα πικρὰ, A
 cibo sumpto statim literis injurare flagitium sit, cum hac ratione insi-
 gniter coctio turbetur, & cruditates mucilaginosæ accumblentur. E
 poculentis odio Vatiniano prosequatur vinum, hoc enim ob tartarum
 solutum, quod intimè vino adhærescit, & postmodum languente secre-
 trice facultate in corpore restagnat, nimio opere incommodat. Hinc
 abstemii immunes vivere à podagrâ, refertq; *Campanell. p. 384.* se vidisse
 Alexandrum quendam quinquagenarium à malo hoc liberatum ob
 abstinentiam vini. Ita *Solenander section. V. consl. I. p. 433.* se novisse
 scribit viduam quandam Hispanam, quæ ob vini usum planè inter-
 missum, amplius podagrâ non fuit tentata. Nec id de nihilo, nam si
 quid est, quod tartaro gaudeat profectò vinum est, quod è vite salem
 copiosius attrahit, cumq; arctissimo nexu ita sibi jungit, ut ne destilla-
 tione quidem penitus ab eodem dissociari possit. Quod verò vites

tarta-

tartaro abundant, arguūt cineres earum clavellati ē quibus acutissimus elicitur sal, & quidem copiosē, qui cum reliquis collatus salibus iis longē superior est, acrimoniæ respectu. Hoc tartarum ex terra matre exorbet, quæ in quibusdam locis adeo acri & subtili imprægnata est sale, ut ex eadem eerto tempore effossâ spiritum elicere possis, omnium metallorum solutivum. — Nec vinum rubrum Gallicum, de Gasconne dictum, tuto conceditur, quod facit *Forestus lib. XIX. observ. I. p. 10.* Cum & illud tartaro sit instructum, & improbetur à *Campanellâ lib. VI. medicinal. p. 382.* Imò nec potus genus, quod ex uvis passis molâ contritis conficiunt Turcæ, & Arab sorbet nuncupant, podagro indulgeri posset, cum caput & pedes tentet, ut habet *Busbequius epist. I. p. 92.* Cerevisiam crassam sanguinem generantem (ut est Porussorum Regiomontana) vel ex argillosâ aut impurâ aquâ coctâ, vel ex hordeo putrido, aut in iniquo solo enato, præparatam, cum obstructions gignat, ac tartarum congerat, fugiat. Imò dixerim illam quoq; cerevisiam noxiam, quæ in Curlandia non in ahenō, sed in ligneo vase coquitur, adhibitis silicibus ignitis utpote quæ ex lapidibus tartarum quid in se derivare, & ita labem contrahere potest. Anglicanam, *poddeloyle* dictam (quæ statim ubi cocta est, urceis lapideis excipitur subere obturandis, & ita in hypogæo asservatur) itidem minus convenientem esse arbitror, cum nimium refrigeret, & ἐμφορξίς pariat. Somno & vigilijs moderatē indulgeat, quippe ὕπνῳ, ἀγρυπνίῃ, ἀμφοτέρω τε μέλει μάλλον γνώμῃ, κακόν, docente. *Hipp II. aph. III.* Et quidem somnus moderatus, & justo tempore captus, visceribus cibus est, ut idem *Hippocr, VI. epidemior. comm. V. text. IX.* tradit, immoderatus verò jure pestis appellari potest, cum excrementis in corpore cumulatis, & superfluis cohibitis, calorem nativum obtundat, eumq; torpidum reddat. Nec etiam statim à cibo sumpto, sed horis ad minimum duabus elapsis sese conferat cubitum, nisi sit ventriculo imbecilliore, vel assuetus mox adire lectum, ubi epulis exempta fames. Ita nec meridiatio licita est, nisi Stomachi *βεαδυνψία*, & consuetudo aliud jusserint. Vigilia nimia bilem & serosos humores acuunt,

F

spiritu

Spiritus ac humidum radicale absumunt, & ita homini sua fata accelerant. Pessimè itaq; vitæ ac sanitati suæ consultit, qui integras ferè noctes studiis consumit, reddit namq; seipsam *Ἐχθράν*, & inter *ἀντίχαρας* verè suum profiteretur nomen. Veneris castra rarò audeat, & si omninò ab ejus illecebris sibi temporare posset, vellem ut illud *κράτων ἀπέχεται* (Spigelio testes *κράτων* vocantur, unde enatum putat istud Pythagoræ monitum, lib. VIII. de human. corpor. fabric. cap. XVI.) accuratè servaret, & nunquam Veneris ageret militem. In motu & quiete ita quoq; se gerat, ne quid intertrimenti inde capiat corpus. Alvum cottidiè ejiciat, & si evacuatio aliqua naturalis suppressa est, advigilet, ut referatis viis illa revoceatur, ac superfluum educatur. Animi *πρόθυμα* proscribat, quæ calidum nativum pessundare, & humores accumulare queunt. Iram inprimis detestetur, quæ τὸ ἄριστὸν commovet, & ad descensum invitat.

Viscera nutritivæ destinata roborentur, & quidem ventriculus & hepar. Huic negotio inservire potest *targæa Brunneri*, cujus vires *consil. LXXIII. pag. 308* prolixè enarrat, & de quâ à cibo ingesto tantum exhibet, quantum dimidio ovi putamine concluditur. Ejus *ἀντιχαρας*. *Ἐ γὰρ ἡ* hæc est: *Rec. sem. Coriand. prepar. ʒvj, anis. fenic. cinamom. an. ʒij, cortic. aurant. ʒss. nuc. mosch. ʒij, calam. arom. ʒj, corallor. rubr. prepar. ʒij, sacchar. rosar. rab. ʒj, sacch. cand. alb. ʒij, M. F. tragæa. Pulv. quoq; pepticus Cratonis, Digestivus Quercetan. morsuli Imperatorij, elixir p. p. extract. calam. arom. vel rotule ex eodem confecta, aut simile quid, in constitutione frigida, locum habere possunt. Hepar ubi calidius est, conveniunt radic. cichor. condit. vel illarum conserva, cui aliquid specier. diatr. santal. & diarhod. Abb. admiscendum. Plura hinc cumulare nolo, cum medicamenta hæc variant, pro diversitate subjecli.*

SUB-

SUBSECTIO II.

Ut tartarum exturbetur.

Collectus in corpore humor, antequam ad pedes in-
greditur iter, variis modis evocatur, nimirum *vena sectione, eme-*
sicū, catharticū, hydroticū, & iis quæ per ἀδύλον ἀξυπνοῖν *superflua*
educunt.

Vere itaq; & autumnō, quibus temporibus τὰ πῶδα γρηγοῦσι ut
plurimum moventur ex mente *Hippocr. VI. aphor. LV.* si is, qui à *pod-*
græ impetu se tueri velit, πλυταίμια labore, alio prius clystere de-
jectā, venam brachij sibi tundi, & sanguinis quantum sit satis evacuari
curet. Nam etsi antiquitus, venā incisā, sanguinis emissio ignominio-
sa cēseretur, ut militaris animadversio in milites improbos, teste *Agellio*
lib. X. noctium Atticar. cap. II. p. 351. nostro tamen & antecessorum
seculo ignominiosa haud existit, sed potius inter decantata plurimo-
rum morborum remedia semper fuit habita. Ita in nostro affectu
usq; laudatur, si æger sit plethoricus, scribitq; *Celsus* sanguinem semel
missum in arthritide annuam promittere sanitatem. Nonnulli etiam
Ποδάγρας causā singulū mensibus venas ad pedum pollices secant,
idq; aliquoties repetunt. Alij plantis pedum in interlunio quovis mense
cucurbitulas sine scarificatione affigunt, refertq; *Sennertus*, se nosse virū
nobilem, qui solo ferè harum usu podagram præcaveat. Verūm e-
nim verò an in quovis subjecto id experiri liceat, equidem in crepero
res est, cum ex appositione harum cucurbitularum materia copiosius
allici possit.

Qui sunt εὐνημῆς, crassā cervicē, ac pectore amplo, quotanni se-
mel aut bis evomant, Syrupo benedicto, vel croco metallorum cum tarta-
ro parato, vel etiam vitriolo vomitivo, aut coagulo asari assumpto, ita
namq; saburra humorum egregiè educitur, & motu contrario eidem
conciliato, à partibus pedum infirmis avertitur. *Mercatus tom. III.*
lib. IV. cap. XII. pag. 436. ter quaterve in mense ante tempus, quo natu-

ra assueſcit dolores excitare vomendum eſſe jubet, & quidem ubi ventriculus, & prima corporis regio huic malo principium præſtat. Verum toties repetita vomitiones eſſi utiles videantur, tamen ne ventriculus inde lædatur, & poſtmodum largior ſit in cumulandis humoribus tartareis præſtat, ut parciores ſimus in excitando vomitu.

Cui emetica ſordent purgantibus utatur, maximè circa æquinoctia & ſolſtitia in quem finem *Mercatus l. c. cerebintina* uſum cum *rhabarbaro* commendat, potiſſimum ubi ſtomachus & prima corporis regio impuritatibus oppletur. Mihi *electuarium caryocoffinum* magis arri-
det, ſcribitq; *Bayrus lib. I. practic. diſtinct. XLX. tract. I.* ſe podagra ſæpiùs affligi ſolitum uſu *electuarij* viginti quinq; & plures annos fuiſſe præſervatum. *Arcanum Corallinum, & pulverem arthriticum ex hermodactylis, oſibus humanis, & id genus paratum,* diſſolvant ahi, quibus in conſtitutione humidiorè, *pulverem catharticum Mercurij, panaceam Mercurij, & roſam mineralem* ritè præparatam & ſextè exhibitam; in conſtitutione ſicciorè *pilula antimonialis,* per deſectum ſolum purgantes, addimus. *Extractum quoq; diacatholicon, dæcydion roſaceum, violaceum mechoac. aut gialape extractum, pilula helleborin. ſeu antipodagr. Quercet. Diartarum ſolutivum. Q.* & alia uſurpari poſſunt. Queritur autem hîc, utrum *tartarus Vitriolatus, & cremor Tartar.* per ſe exhibenda ſint in principio, corpore vitioſis humoribus reſerto? Reſpondeo cum *Barthio in Begvin. lib. II. p. 692.* *cremorem tartari, ac tartarum vitriolatum* propter eximiã aciditatem valde diſcretica eſſe medicamenta, ideoq; abducere ſecum humores craſſos ſibi in itinere obvios, ad renes & ureteres, in quibus oppilationes excitari poſſunt. Ubi verò tartari ac ſeroſi humoris huberior eſt proventus, ac continua tâ generatio velim *ωεφυλάξεως* cauſâ non tantum vere & aurtum no, ſed & ſingulis menſibus medicamento ſeniter evacuante illa ſubduci. Cathari peractâ natura confirmetur *magiſterio perlatum, à Riverio Regi Gallie Medico parato,* vel etiam *confeſſione alkermeſ. & c.*

Quæ partim ſenſibiliter, partim inſenſibiliter per poros cutis πὶ ἐγκρατιμπαπὸν ὀμῆρα humoris ſeroſi expellunt, varia ſunt & inter

ea in *Serapio* facile obtinent (1) extractum solū transparentū, ab *Hartmanno* & *Hamero Poppio* descriptum, quod à *Zj* ad *Zij* assumptum. sudorem movendo sanguinem à tartarēā fecē egregiē depurat. (2.) pilule antipodagrica *Hartm inni*, quarum descriptio existat in *clavi* & *manuductione* in *libros Paracelsi Johanni Rhenani*, quam *dissertationi sua chymotechnica*, sub titulo solū ē puteo emergentiū, edita subjunxit, p. 18. 19 *Galenus de theriac. ad Pison cap. XV.* non tantum in declinatione paroxysmi podagrici, sed & præservationis loco, *theriace usum* frequentem esse jubet. *Horatius Augenus tom. II. epist. & consult. Medic lib. XII. epist. V. p. 295.* *Agrostis* quaedam vehementer celebrat, dicitq; esse medicamentum tutos à podagra reddens, si eo nec intemperantes, nec incontinentes utantur: *Rec. betonic. myrrh. el. ajuge. rad. gentian. an. Zj, pimpinell. aloës, chamedr. an. Zij, croc. or. Zi. in pol. linem redacta excipiantur melle rosato, vel ex massa conficiantur pilule cicerū magnitudine, cum s. q. aqv. salv.* Ex his septem deglutiantur toto veris tempore singulo quatruiduo, reliquo mense bis aut ter eas sumptisse sufficit. Alii alia podagrica tradidere medicamenta, de quibus auctores consulantur. *Genueses* *Carolo V. Imperatori decoctum chamadryos* (cujus extractum haud inferius esse censeo) insigniter commendarunt, scribitq; *Solenander*, quosdam decocto hoc postquam dies sexaginta bibissent, penitus fuisse liberatos, cum antea non solū pedum, sed & manuum articulos isto morbo haberent diu oecupatos. *Decocto* ejusq; usus legatur *consil. XXV. section. IV. p. 419 & Consil. I. section V pag 437.* Mallem tamen, ut in parando apozemate, vini loco, vel hydromel, vel cerevisia sumeretur, ita namq; tutior evaderet medicina. *Marrubium aquaticum* etiam conferre a *junt* refertq; *Solenander pag. 440.* in Italia se in quodam vetustissimo manuscripto legisse, quod *succus marrubij*, mense Martio Luna decrescente collecti, & vino albo irrorati, expressus ac triduo bibitus, hominem integrum annum immunem reddat à podagra. *Chamapubis* quoq; *aristolochia utrag.* *rad. aron. gentian. artemis. folia tichor. sylvestr. ascorum lapides, ossa pedum humana calcinata, & id genus ab autoribus extolluntur.*

Superstitiosum extat remedium apud Trallian. lib. XI. p. 728. de herba
Altreco, quod ibidem videatur.

SUBSECTIO III.

Ut articuli roborentur.

Pedes infirmi tempore, quo vindemiant, immergantur vinaceis, à toro
culari adhuc calensibus, vel musto calido calefactis & quidem manè
per quindecim dies, quo foru oppidò pedes roborantur, ipsiq; calor quasi
postliminio redit. Hoc remedium Crato cuidam communicavit, &
insigni ἀντιδότη ab eodem donatus est, eò quod ab istius usu planè
convaluerit. Emplastrum diachalciteos seu diapalma apprimè etiam
commendatur, quod non solum podagris, ubi dolores intensi non
sunt, quovis tempore conducit, verum etiam extra paroxysmum ad
versus rheumatum vitia optimum medicamentum est, ac spe majora
frequenter præstat, ut habet Galenus lib. I. de compos. medicam. s. gener.
cap. IV. Solenander itidem dicto emplastro mirè favet, scribitq; se no
visse quosdam, qui frequenter podagræ paroxysmis tentati, postmo
dum usu continuo emplastri, & purgationibus per intervalla assumptis,
quinquennium integrum ab istis doloribus fuere liberati. Vide
Consil. XIX. section. I. pag. 78. Consil. XXIV. section. IV. pag. 406. Consil.
XXV. section. IV. p. 414. 424. 427. Consil. I. section. V. p. 440. Usus em
plastri hic est: sutor, adhibito agri calopodio, consuat ex vulpina aluta,
eag; tenui calceos, hos emplastro obductos, ac pedibus aptatos, cõtinuò gestet
podager, vel cubitum se conferens exuat, rursusq; manè induat. Therma
Wisbadensis, olim Marciata dictæ, ad pedum articulos roborandos et
iam utiles esse censentur, constantq; non solum, sulphure alumine, &
modico salu petrae ut vult solenander pag. 415. sed etiam vitriolo ac tar
taro. Vitriolum namq; subviride parietibus balnei manifestè adhære
re conspicitur, ipsis verò canalibus, per quos tranat aqua, tartarum
quoddam rubrum accrescit, equisonibus nimio perè expetitur. Circa
thermas hæc παραφυσικῶς quaeritur, quâ fiat, quod ovis in aquam
(na.

(naturaliter ita fervidam, ut gallinæ immersæ deplumari possint) con-
jectis, vitellus prius induretur, tardius verò albumen, ut aliquoties
Wisbadæ experimento deprehendi?

Pediluvium quoq; ex acidulâ *Schvvalbacensibus*, haustis ex fonti-
bus, quos *Prodelbrunnent* appellant, multum conferre arbitror, cum
& illæ mineralia secum vehant, quibus articuli imbelles animari pos-
sunt. Nobis verò acidulis & thermis (quas *Hana* primitus, notante
Hieronymo, invenisse dicitur, *Genes. XXXVI. 24.*) destitutis consimiles
pedum lotiones parare integrum est ex sulphure, *Vitriolo*, *Alumine*, &
sale petra, quibus planta convenientes, & ramenta ligni *juniperini* addi
possunt. *Andernacus* in *dialog. secunda de balneis seu aquis medicatis*,
hoc modò *ovius* multis insigniter profuisse tradit. *Lixivio* ex cineribus
fagi parato, ac diligenter colato admisce tantundem vini, & *aluminis* ℥ij,
calefiant in fictili vitreato citra ebullitionem. Post manè & vespere ante
cibum pedes tam altè immerge, ut aqua saltim supra talos exstet. *Sole-
nander* dilaudat *muriam* fungi istius rubentis, quem *radicibus quercus* ad-
nasci, ac *Urodov* appellari novimus. Conficit autem *muriam*, fun-
gum in schidia dissectum cum sale vulgari stratificando, ac in hypogæo li-
quorem colligendo, quem partibus roborandis postea affricat. Legatur
Consil. XXIV. section. IV. p. 400. & *Consil. XXV. p. 415. 424. 427.* *Murie* loco
etiam hoc linimento fuit usus: *Rec. ol. omphac. ℥ij. ol. mastich. ℥j. 0*
torre fact. ℥ij. bol. armen. ℥ij. sangv. drac. hypocist. thur. mastich. an.
℥ijß, exactè levigata misceantur. Consil. XXIV. section. IV. p. 406.

ARTICULUS II.

Curatio.

SUBSECTIO I.

Indicationes, & evacuantiæ.

PRæservatione absolutâ, restat curatio, quæ jam tra-
decenda. Podagra itaq; cum ex defluxu ut plurimum sua natalitia
habeat,

habeat, allaborandum, quò materia, quæ est in fluxu, & tendentiâ ad partem affectam, revellatur, evacuetur, & dolori, ut urgenti symptomatici, quod rationem causæ induit, obviam eatur. Febris si qua adest, refrigerantis, tumor discutientia, pars affecta confortantia indicat. Tophi autem resolventia, & evacuantia expostulant, partis verò soluta unitas, quæ rursus ad *ἀμφοτέρωθεν* ducenda, glutinantia & consolidantia requirit.

Principiò igitur dolore ingruente, si sanguis in corpore una cum sero effervescat, & influxum largiorem minetur, præmissis si lubet, ad desiccandam alvi latrinam, clystere, vel supposito, vena brachij incidatur, ut sanguis revelletur, aliquota ejus pars evacuetur, atq; ita humorum ebullitio & effervescencia compescatur. Et maximè venæ sectione opus est, ubi malum hoc cum insultu febrili hominem invadit, & quidem plethoricum tum namq; sanguine missio synocha febris, quâ stipari solet podagra, plerumq; in primâ suffocatur herba, vel etiam mitior redditur, materia verò ad pedum articulos iter medians imminuitur, & à parte affectâ avertitur. Ubi verò nec calor febrilis nec humorum ebullitio, nec plethora adest, rectiùs venæ sectione omissâ cathartica in usum trahitur. Et quanquam *Mercatus, om. III. lib. IV. cap. ultim. p. 441.* in vitiosorum humorum redundantia, malo adhuc in principio & augmento existente, purgandum esse penitus negat, scribatq; se fid.issimo experimento observasse, tutissimum & maximè rationi consonum esse, tardius uti purgantè pharmaco, tamen hæc sententia admitti non potest. Ntm quod dicit, multos eorum, qui medicamentum sumpserunt, gravioribus doloribus impetitos, & affectionem, quæ quadragesimo de finienda erat, longè diutius fuisse protractam, id non simpliciter purgantibus attribuendum, sed potius sinistra eorum administrationi, quod scilicet in justa dosi non fuerint exhibita. *Platerus tom. II. prax. lib. III. cap. XVI. col. 595.* mitiora quidem indulget, à validioribus tamen in dolorum accessionibus abstinendum & demum in morbi declinatione ad validiora progrediendū esse statuit. Verùm enim verò causam non video, cur in principio paroxyfmi, vel etiâ imminente eo, paulò fortiora (*μολικὰ καὶ δεσπικὰ* illa

illa detestor, quæ naturæ vires dissolvunt, & ad incitas redigunt) non sint exhibenda. Nam quod prætendunt, adhibitis fortioribus humores concitari, & ita ansam dari, ut *ἀθερώς* deorsum ferantur ad partem affectam, id nihil est, & veriùs de mitioribus asseritur, utpote quæ plus commovent, quàm vacuant. Præterea ubi ejusmodi propinquantur medicamenta plerumq; podager *κλιήρης*, & in lectulo decumbens pedes altiori exponit loco, vel etiam Medicus fascias seu *ταβίας* defensivas supra genua applicat, & ita præcavet, ne materia deorsum ruat, & dolorem intendant. His accedit, quod plurimi à paulò fortioribus exhibitis ocius convalescent traditq; Petrus Bayrus, se à quatuor hominibus ad lasanum deportatum, ubi alvum, electuario caryocostino assumpto, quater exonerasset, à doloribus fuisse liberatum, & postea sine adminiculo ambulare potuisse. Conveniunt a, hæc intersimplicia, potissimum *hermodactylos*, quibus *Iben Sinatib. III. fen. XXII. tract. II. c. 11X p. 403.* plurimum juvamenti inesse scribit, non solum quod humores evocent, verùm etiam quod evacuando stypticitatem post se relinquunt, & confortent. Quia verò stomacho nocivos esse ait *hermodactylos*, jubet ut *cinnabaris, cuminum*, vel consimile quid adjiciatur. Eligendi autem sunt *bulbi veri, albidii, non rugosi, & qui candidum exhibent pulverem, in mortario pistilli circumactu comminuti, cavendo colchicum strangulatorium, cujus bulbi siccati rugosi sunt, foris intusq; nigricant, vel obscure rubesunt: ut habet Platerus l. c. col. 599.* Radix quoq; *mechoac. alb. gialap. turbitih. gummos. & elect. agaric. troch. folia sene. rhabarb. aloë rosat.* & id genus, pro diversitate humoris sero admixti, locum habere possunt. Hepar ubi calidius est, *Syrup. rosar. solut. de cichor. s. rhabarb. tryphera Persica, electuarium rosat. Mes. & alia* præscribantur. *Solenander Consil. XX. section. 1. p. 84.* & alibi vehementer *syrupum de spinâ cervinâ* commendat, qui unâ cum seroso humere, ex parte etiam biliosum educit, minus verò pituitosum & crassum. Composita illa medicamenta purgantia, quorum in *Περίουλα* mentio facta est, in usum quoq; trahenda, nisi quod in mineralibus exhibendis aliquantò cautiore esse debeamus, & illa nunquam senibus (*περίουλα* namq; *τὸ ἀγρὸν* inducunt quandoq;) vel languentibus ægris, aut exsuccis propinquemus, præsertim ex mercurio

confecta. Præter illa porrigere quoq; possumus, *spec. diaturb. c. v. lib. barb. pulv. passavant. pilul. de hermodactyl. de agaric. arthritic. de sarcocoll. &c.*

Præquam autem cathartica propinantur, vias interciperere expedit, per quas humor illabi solet, ne scilicet humores cacochymi, medicamento purgante concitati ad pedum juncturas ruant, ibiq; dolorem exasperent. In quem finem utile est fasciis oblongis, palmamatis ac postea chalybestâ madidis genua inungere seu involvere, ut hæc ratione viis non nihil interceptis humori deorsum tendenti sufflamen ponatur. Incoquantur autem postea adstringentia quædam, ut eò rectius istud humorum iter disturbetur, v.g. *radic. bistort. tormen- till. balsam. flor. rosar. rubr. gall. core. granator. quibz; & acacia, & aluminis pauxillum addi poterit. Apposita fasciæ tam diu retinendæ sunt, usq; dum perfecta fuerit purgatio.*

Ventriculus ubi humorum illuvie scatet, & æger facilis est in evomendis noxiis, conducibile arbitror, ut emetica ingerantur, ita namq; præcavetur, ne humores in stomacho hospitantés ad pedum articulos excurrant, reliqui verò qui in tendentiâ sunt ad partem affectam revelluntur, & eorum magna pars evocatur, *Mercat. l. c. p. 442.* nullo alio auxilio commodius, & fluentium reliquias revelli, & fluxuros evacuari statuit quàm per vomitum, consultiq; ut quarto quo vis die æger evomat. Verùm, ut ante dictum, toties iteratæ vomitiones podagro haud conducunt, nam etiamsi humores commodè revelli, & a parte laborante alio duci videantur, ventriculo tamen oppidò nocent, & robur illius exuunt. Consultius itaq; est, ut semel vel bis fasciam vomitus instituat. & quidem in principio, nec expectanda hæc *ἀποπνοή* facta humorum *ἀποπνοή*, ut quidam censuit, cum in podagra rarò fiat *ἀποπνοή* humor, nisi ubi natura ejus *περισσόν* molitur. In ciendo autem vomitu propinari possunt *rad. asari pulveris. vel coagulum asari syrup. benedict. extractum hellebor. & alia.*

SUBSECTIO II.

Dolorem Sipientia.

Præmissis universalibus ad eâ jam progredimur, quæ egregium istud symptoma, quod podagro maximè molestum est,

est, dolorem scilicet, sopiunt. Et quidem sæpenumero in principio, & merbi primo insultu, etiam non præmissis universalibus ad ea, quæ dolorem compeſcunt, vel ad minimum mitigant, nos conferre cogimur, cum quandoq; adeo ferociat, torquendo & lancinando miseris ægros, ut nil nisi dolorem crepent, ejusq; anodynon, vel etiam molestiæ impatientes in proprium sevant corpus, uti *Palemoni Sophista* contingit doloris impatientia mortem sibi inferenti, & *podagro* *cusdam Giesfensi*, maximum pedis articulum eadem de causa sibi amputanti, Insuper vires quoq; insigniter dissolvit, teste *Galeno lib. I. de arte curativ. ad Glaucon. c. XIV.* & ubi diuini perſtat, animi deliquia, inflammationes, & alia mala inducit. Quapropter dolore nimium urgente, ac ægrum divexante, omnes nostræ actiones eò collineant, quò is sedetur. Dolorem autem sedantia generaliter accepta, in triplici sunt differentiâ, alia namq; doloris causam, alia dolorem ipsum, alia deniq; partem dolore infestatam respiciunt. Illa quæ causam doloris spectant, multifariam eundem tollunt, vel falfuginosum humorum lixivium subducendo & evacuando, vel spiritus salinos continuum lixivium coagulando, aut coagulatos resolvendo & dissipando, vel etiam solutionem continui consolidando. Quippe cum podagra à salibus tartareis acerbis & corrosivis sit genita necessum quoq; est, ut salibus lenitivis & consolidativis curetur, ut habet *Quercetanus in consil. de arthritid. pag. 290.* Dolorem ipsum quæ respiciunt, ita compatata sint, quo jucundam sensationem pariant, doloris enim essentia cū consistat ἐν τῷ τῷ αἰσθητικῷ ἀντίκτι, consequens est, ut quæ dolorem demulcent, ἡδύσμετα quædam porrigant facultati sentienti, seu partium temperamentum tepido & blando calore foveant, ac refocillent. *Anodyna* namq; temperato calore prædita familiaritate elementorum naturæ partium consentire, blando suo calore meatus aperire, λεπτομερῆ substantiæ se insinuare ac omnia æquabilia reddere debent. Quæ verò partem dolore obsessam respiciunt, ἀρχαίων eidem impræstant, ac sensum hebetant, ne objectum dolorificum amplius percipiat, id quod efficiunt sulphure suo partim narcotico, partim qualitate manifestâ, partium calorem insitum spiritusq; obnubilando & obfuscando. Nos impræsentiarum nullo servato ordine promiscuè de his agemus.

Podagra itaq, $\zeta\psi\upsilon\epsilon\pi\epsilon\gamma\sigma\iota\pi\upsilon$ & etiam si alio supercilio apud Lu-
 cianum medicamenta despiciat, & uentibus his se jactitet $\mu\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\nu$ $\delta\gamma$ -
 $\gamma\iota\lambda\omega\pi\epsilon\gamma\upsilon$, tamen in dolore mulcendo plurima sæpe profuere, quo-
 rum potiora à nobis recensentur. Inter simpliciora laudantur flor.
 chamemel. sambuc. melilot. taps. barbati radic. alth lilior. alb. semin. li-
 ni, fenugr. crocus, mica panis albi, medull. cass. farina hordei & avena, lac
 bubul. fol. hyoscyam. rad. mandrag. sem. papav. alb. & opium ipsum. Item
 Spiritus salis, aqua ulmaria mistus, ac parti dolenti pennâ illitus, pblegma
 spiritus vitrioli antepileptici, liquor cochlearum, liquor flor. verbasc. alb. ol.
 ex ossibus human. ol. semin. ebuli, ol. ex gemmâ coryli expressum, ac pro-
 prio sale imprægnatum, &c. Forestus lib. XXIX. observ. III. lac capræ supra
 locum affectum emulsum, dolores sedasse tradit, scribitq̃, Amasius Lusita-
 nus centur. VI. curation. XLI. hoc remedium Turearum principibus in
 usu fuisse familiari. Alij castum ovillam recentem imponunt, eumq̃, sapius
 renovant, antequam pinguescere, ac butyrum fundere incipiat referitq̃; Sen-
 nertus, narratum sibi esse à quodam podagro, quod nihil utilius hoc re-
 medio perceperit in proprio corpore. Hartmannus frusto carni bu-
 bula sine pinguedine parti dolenti applicato, eoz̃, mane & vesperi mutato,
 feliciter dolorem sustulit. Halex salita, per medium scissa, ac loco dolen-
 ti apposita, dolorem mitigat, teste Forest. lib. XIX. obs. VII. Lixivium
 quoq̃, in quo sili cannabei magna quantitas ebullit, mirè aliquando do-
 lorem compe-scuisse, docet Platerus, Plinius lib. XXII. c. XV. memoriam
 prodidit, Sextum Pomponium podagræ dolore correptum mersisse in
 triticum sese super genua, levatumq̃, siccati pedibus mirabilem in modum.

E compositis cum censu extolluntur, balsamum podagr. I. & II. Crol-
 lij, ungv. ejus anodynum, Spertiola compositum aceto destillato dissolutum
 maximè ubi articuli exæstuant, liquor saponis, aqua antipodagr. Rulandi
 descripta ab Hartmanno in prax. Chymiar. p. 187. Est & alia descri-
 ptio istius aquæ? Rec. aqu. terra sancta ℥ij, aqu. Martis ℥ij, liquor Mer-
 curij ℥β, eroc. metallor. ℥j miscantur, ac leni facta ebullitione serventur
 in vitro. Verùm cum $\lambda\alpha\gamma\epsilon\alpha\phi\eta$ obscurior sit, nec facilè ubivis ejus
 explanatio occurrat, lubentia est eam hic exactius describere. Aqua
 terræ sanctæ in hunc conficitur modum: Rec. bol. orient. el. ℥ijj.
 terr. sigill. ℥ij. in aqu. levistic. ℥vj macerentur per dies novem in l. c. po-
 stea

Rea desillentur. Aqua Marti ita componitur: *Rec.* aqv. per vesic. desillat ℥viij/ in quibus infundatur ℥ss scoriarum ferri prepar. sicut in-
 fusa per sex dies ac per alembic. evolentur. Liqueorū Mercurij hæc est
 preparatio: *Rec.* Mercurij sublimati ℥iij, quibus affunde aceti fortissimi
 ℥ij, & per noctem macera. Crocus metallorum quomodo conficiatur,
 notum est Paracelsus pro indubitato anodyno commendat spiritum
 salis ammoniaci, qui ita paratur, *Rec.* salis ammoniac. cum sale communi
 sublimati q. v. in pulverem redactum misceatur cum quatuor partibus ci-
 nerum, & per alembicum in arenâ desilletur spirit. sal. Ammoniac. qui
 cum s. v. anaticâ portione mistus, plumaceolo bñ vel ter loco dolenti adhi-
 bitus confestim dolores sopit. Aliqui etiam Camphoræ nonnihil addunt
 miscella, & ita eandem in usum trahunt. Mindererus cap. VI. de chal-
 canth. ex colcoi. hæc antipodagricum conficit medicamentum, quod
 ibidem videatur. Eo præstantior est balsamus: *Rec.* vitriol purificat.
 ℥ij/ mastich oliban. myrrh. ammoniac. bdell. opopanac. mumia an. ℥ij Tar-
 tar ℥ss. mell. ℥viij/ aqv. vite ℥viij/ desillentur per alembicum, & ingruen-
 te paroxysmo, locus pennâ liquore madidâ leniter illinatur. Alij hoc lau-
 dant: *Rec.* vitriol. alb. & virid an ℥j. camphor. ℥ij, aqv. vite & vini alb.
 an. ℥j. M. & cum intinctis pannis applica. Sequentes etiam antipodagri-
 cæ aque plurimum conferunt: *Rec.* aqv. destill. spermat. ranar. capsi
 barbati filici an. ℥viij/ in quibus macera turia. lithargyr. an. ℥ij. vitriol.
 calcinat. Alumin an ℥j foveantur partes dolentes tepidè sape novâ im-
 mersione renovando unceamina. Vel: *Rec.* sapon. Genuens. alb. ℥j sa-
 lū fusi d fortissimum ignem ℥ss Vitrioli ℥j acacia ℥ss, bulliant omnia in
 mensura seu pintâ aceti, destill. rosati, aut alterius communis. Colatura te-
 pidè foveantur partes. Hisce aquis longè excellentior est illa, quam
 habet Quercet an. in consil. de arthrit. p. 314. Calcem vivam per quinq;
 vel sex dies immerge in aqv. fontanam ut sal ejus elicias: aqua autem su-
 peremineat calci ad quatuor vel quinq; digitos. Hujus aquæ accipe ℥viij/
 in quibus laminam chalybū ferventū duodecies aut etiam sæpius exstingues.
 Postea in eandem immerge arū usi in pulverem redacti ℥iij, cinabr. ℥ss.
 sicut per quatuor aut quinq; dies, & viridem ea aqua acquirat colorem
 ex vitriolo interna arū usi. Ibidem etiam alterius aquæ antipodagr.
 facit mentionem, cujus plenam descriptionem subriçet, tum quod d. f.

ficillior ejus parandi modus, quàm ut à vulgari pharmacopœo confici possit: tum quod sibi tanquam veterano militi aliquid athletici artificii reservandum esse duxerit. Addit tamen fieri eandem ex aquâ fontana simplici, in quâ iteratè & aliquoties extinguuntur quædã metalla, post duâ substantiâ metall. ex adduntur, quas ore etiam ritè præparatas sumimus. Arbitror a. *Quercetanum per substantias duas metallicas* nil aliud intelligere, quàm vitrum antimonij & Mercurium sublimatum, in quibus sales latent, hujus affectus veri domatores. Quod à me *εὐνοῦται* fuit deprehensum, citra *μεγαλῶς ἐὰν* seu instantiam ingenue dicam. *Memela Porussorum* mulier quædam quinquagenaria ferè (quæ concionatori castrensi *Johan Douglas scoto* nupserat) decumbebat arthritica, huic dolor pollicem sinistri pedis, cæterasq; articulas partes manuum insuper sinistram, & dextrum genu ad eò insignis occuparat, ut lecto affixa vehementer lamentaretur. Hanc sequenti epichemate, non intermissis evacuantibus, intra septem dies perfecte restitui: *Rec. colcothar. vitrioli ℥ij. alumin. Tartari calcinat. cum nitro an. ℥i. salis vitrioli Veneris ℥ij. betonic malv. an. Mj flor. chamam. Mss. sensin. tmi ℥x. Coquatur in aq. chalybeat. s. q. Rec. colatur ℥xv in quibus dissolv. vitri Antimonij ℥j. Mercurij sublimati non corrosiv ℥ss M. ac lintecola madida calide impono.* Intra corpus exhiberi quoq; potest, dolore nientium urgente, ac vigiliis ægrum detinentibus, laudanum opiatum, cujus grana duo vel tria sufficiunt. Adprobo tamen hic magis istud laudanum quod S. V. extrahitur, quàm quod aceto aut limonum succo paratur. Etenim etsi sulphuris narcotici, legitimum tamen extrahens non est, cum acida salem potiùs extrahant, ex Chymicorum asserto, quàm sulphur. Taceo, quod spiritu vini vix comperta sit, adversus opij maleficium, præsentior antidotus, ex mente *Billichij. obseruat. ac paradox. Chymiatri. lib. II. c. II p. 110.* Febris Synocha podagram quandoq; comitans quomodo tractanda sit, ex doctrina de febribus

SUBSECTIO III.

Resolventia & discutientia.

Sedatoro dote resolventia & discutientia usurpanda, quo

quo humerēs impacti per $\Delta\lambda\phi\phi\eta\eta\eta$ evocentur, circumspectē tamen hīc agendum, ne discussis partibus tenuioribus, & quidem aqueis, terrestrior relinquatur, & ita nodosa acceleretur podagra. Duo itaq; hīc accuratē tenenda esse censeo. I. ut discutientia familiaritatē aliquam habeant cum tartaro ac seroso humore. II. ut adhibitis topicis diaphoreticis, ejusmodi quoq; assumantur medicamenta, quæ junctā opera tartarum expellant.

Discutientium virtus non consistit in solo calore, vel in facultate attenuante, sed potius in specificā $\delta\upsilon\alpha\mu\eta$, quæ etiam dissolvere potest. Videmus enim non quilibet à quolibet resolvi, sed determinatum à determinato. Ita aqua fortis Lunam solvens, nullo modo solem destruere potest, nisi salū armoniaci pauillum addatur. Sulphur oleo dissolvitur. bdellium, gumm. ammoniacum, galbanum aceto gumm. tragacanth. Arabic. cerafor. simplici aquā Quocirca, quæ salinæ sunt essentiæ, commodē hīc usurpantur, adjectis quoq; iis, quæ poros cutis nonnihil laxant, ac corpus in $\Delta\lambda\phi\phi\eta\eta\eta$ reddunt. Muria igitur fungi quercini, emplastrum diachalciteos, & ex iis quædam, quæ inter dolorem sedātis relata sunt, hīc locum habere possunt. Foveatur quoq; pedes decocti alicujus $\Upsilon\omega\alpha\lambda\mu\sigma\mu\omega$, seu exhalatione, v.g. Rec. radic. alth. lilior. alb. an. $\mathcal{Z}\text{ij}$ flor. chamemel melilot. an. $\mathcal{M}\text{ij}$. salū $\mathcal{M}\text{iss}$. coq. pro. solū. Post ceram involvantur sequenti: Rec. emplastr. diapalm. $\mathcal{Z}\text{ij}$. diachyl. ireat. $\mathcal{Z}\text{ij}$. emplastr. de melilot. vel oxycroc. $\mathcal{Z}\beta$ oleo vulpino, vel cōsimili emolita aluta affricentur: utq; ita pedibus aptentur. Papicolæ hīc cōmendant sanguinem ex imagine Christi crucifixā aliquando profluentem. Fingunt illi, in urbe Beritho, in rā terminos Tyrī & Sydonis sitā; Judæos à Nicodemo propriis manibus factam Christi imaginē crucifixā esse, cujus atere lanceā confosso aqua & sanguis effluxit, quo sanguine postea Judæi plurimos ægros restituerunt, & imprimis cæcis contulerunt visū, ac paralyticum quendam senem, dū grabato affixum, inungendo cōlestim sanarunt: Videatur libellus Athanasio, de imagine Christi in Syriā crucifixā perperam adscriptus. Hoc ficto remed. o præfertur amuletum illud, quod à Solenandro describitur, & cujus experimentum suis oculis se vidisse testatur, section. 1. consil. XX. p. 86. Nam etiam si seia,

chm-

cum plurimis *Ætiologia*, non modò characteribus insignita, ac ignorabiliter literata, u. *apulejus* loquitur, sed & alia deridiculo haberi, etiam ab ipso *Muhammed*, qui morem suspendendi amuleta penitus prohibuit his verbis: *مَنْ عَلَفَ تَبِيئَةً فَلَا آتَمَ لَهُ اللَّهُ* qui suspendit amu-

letum, non illi favet Deus, vel non illi complet negotium Deus: tamen à *Galeno ipso* & aliis cum magno agrotantium fructu, quædam ex iis fuisse adhibita bene novi, præsertim in epilepsiâ, ut videre est *lib. VI. de simplic. medicament. facult. Pentaculum* autem istud ita se habet: accipiat *ur testudo mascula* (cognoscitur inter cætera ex caudæ discrimine, & leni sub inferiori testâ ineisurâ) ubi Luna fuerit maxime lumine diminuta, priusquam cum sole conjungatur: amputentur viæ crura omnia, & confusa in sacculus ex pelle hædinâ angustos, alligentur membrû patientibus, ita ut dextrum crur testudini, dextro cruri agrotanti respondeat, sinistrum sinistro: item anterius cruri dextrum, brachio dextro applicetur, sinistrum sinistro. Existimat verò *solenander* in frigidâ podagrâ adhibendas esse terrestres: in calidâ aquaticas. Hoc remedio *Monachus* quidam *Neapoli* sub *Paulilypo* monte ante portam id temporis habitans, ac quotannis gravi arthritide affligi solitus, à *Siculo* quodam egregiè fuit curatus, & genua ac reliqui pedum articuli insigniter tumida, ab ejus usu optimè desedere.

Diaphoretica interna, quæ topicorum actionem juvare possunt, varia sunt, & quidem inter ea pulv. areni extollitur, qui propter salem alkali mordacem ac pungentem, insignem resolvendi vim habet, hoc nomine non tantum generationem & coagulationem topiorum impedit, verum etiam in dissolvendis iisdem mirè efficax est. Describitur autè ita: *Re. rad. aron. ritè preparat. ℥ij. pulv. acor. vulgar. communi modo preparat. ℥j. pulv. florum betonic. ℥ss. lapill. ostator. ℥ij. cinamomi ℥ss. in pulverem redacta cum s. q. sacch. rosati miscantur, de quâ mistura sumat podager cochlear semis, & quidem manè. Bezoarticum quoq. Joviale (illa descriptio, quæ existat in thesauro Medico-Chymico Hadryani à Mynsicht, vitiosissima est.) à gj ad gij, vel gij sumptum, podagræ reliquias, cum totâ radice funditus per *Δεφωστω* evellere, tradit *Hamerus Poppius* in *Essent. antimon. c. IIX. p. 36. Idem etiam cap. IIX. p. 38. tincturam vitri antimonij**

monij aurificari commendat, cujus in *ωεφολάξυ* facta est mentio. *Vellus aureum*, seu luna salū etiam non incommodè hūc refertur, scribitq; *Barth. in Begvin. lib. II. c. IX.* D. Joh. Weidnerum, Reipubl. Sporravien-
sis Physicum, lanā aurea in specifico liquore usum, nunquam ab eo tē-
pore paroxyssimis arthriticis fuisse infestātū, cum antea subinde *podag-*
gricus decumberet, & immanibus cruciatibus torqueretur. *Oleum An-*
timonij Rogeri Baconi. at & ol. Antimonij dulce Paracelsi inter alia infi-
ni elogio, donatur, crediturq; eorum usus triduanus radicis malum
extirpare. Verū destillatio olei, sive secundum *Baconem*, sive *Para-*
celsum ipsum instituat, semper irrita est, nec unquam ascendit id,
quod anxie expetimus. Pars affecta quomodo confortanda, in præser-
vatione dictum est.

SUBSECTIO IV.

Nodorum cura.

His expeditis nodorum cura paucis delibanda. Nam
etiam si perspectū habeam, podagrā nodosam nunquā perfectè
curari, ex *Hipp. sententia lib. II. prædiction.* tamen haud oberit, etiam
hūc aliquid tentasse, cum monstra quandoq; accidant in morbis, & to-
tics salvetur aliquis absq; spe mirabiliter, ut loquitur *Iben Sina lib. IV.*
fen. IV. tractat. II. c. X. Imò *Galenus lib. X. M. M. de curatione hectica*
tertii gradus agit, cum tamen sciat, eam nunquam perfectè curari pos-
se. Nodis itaq; & tophis sequens emplastrum apponat: *Rec. ol. visc.*
pomor. Quercet. ℥ij/ aut ℥iij/ calefiat in vase ad ignem. Calefacto ad jice
saponis rasi ℥iij, misceantur semper probè cum spatulā, donec sapo cum o-
leo bene incorporetur. Postea adde ceruss. Venet lithargyr. an. ℥ij (sem-
per miscendo cum spatulā) vitrioli ad rubed. calcinat. & pulveris. ℥j cinabr.
℥ss. semper agitabis, dum adjiciuntur prædicta, donec optima fiat emplastrum
consistentia. Hartmannus in prax. chymiatr. p. 189. ad nodositates nondū
inveteratas hoc emplastrum commendari ait, quod præter sedationē
doloris etiam ex articulis tophaceam materiam cute leniter apertā re-
solvendo extrahit: Rec. vitrioli Roman. seu Ungaris. Alumin. Rocha an.
℥ij/ Salis ℥iij, hæc omnia conjunctim calcina in catino terreo, evaporan-
do saltem, donec spiritus etiam exhalare incipiunt, quibus odore perceptis
H *statim*

statim à calcinatione desiste, & refrigerata in pollinem age. Hujus pulve-
ris, & farina hordei, Rec. an. s. q. accuratè cum vini seculis misce. & pul-
tem hanc cum laciniâ partibus affectû applica. Exsiccatam denuò cum se-
ce tartareâ distempera. & apponendo sic perge, usq; dum & dolor, & topi
absumpti evanuerint. Hæc dum fiunt, utile esse censeo, ut podager in-
terdum aliquid de pulvere aronis assumat, vel consimile quid, quod
junctis viribus tophaceam materiam dissolvere & expellere valet. So-
lutam partis unitatem postmodum ad *σῦμφων* deduces adhibitis
glutinantibus ac epuloticis. In veterata autem podagra ut tractanda,
ab Hartmanno l. c. p. 190. edocetur.

SUBSECTIO V.

Victus regimen seu diæta.

Curationi subnectitur diæta, quâ vehementer opus
evadat, si sc. *ἀνεπιβῶς* eam servet: quod si v eandē neglectui exponat,
huic nec medicamenta præscribenda, nec præscripta multum profunt.
Hinc Galenus de curand, ratione per venæ sect. c. VII. rectè simè dixit:
Ei, qui rectam victus rationem servare nequit, medicamenta præscribe-
re supervacaneum est. Accuratè itaq; quoad ejus fieri potest, victus re-
gimen instituat, & quidem ærèr eligat purèr ac temperatum, nisi
ob febrim synocham, quæ podagræ quandoq; sociatur, aliosam anhe-
let auram. Cibûs sit *εὐχολῶς*, & facilis concoctû. E jusculis conve-
niunt pullastorum, pipionum, ac carniû bubularum jura: Cremor
psisanæ quem Horatius *κακροεπιχῶς* psisanarium videtur nominas-
se: jusculum è braneâ ursinâ paratum, ac Porussis frequentatum, ubi
hepar calidius, & sanguis in corpore ferventior. Inter carnes apprimè
usui sunt juvenes (subrumorum, id est, lactentium agnorum, hædorum
earnes menstruatæ vitulorum, trimestres juvenorum, vervecum anni-
culorum. Perdicum quoq; caro eximia est & podagro conveniens
esca: ideoq; oprandum, ut in his regionibus æquè eas domi aleremus.
ac in Chio insulâ ubi sibilo congregantur, & ovium more in campû
ducuntur. Modum alendi ac cicurandi perdiccs ex *Busbeq; epist. III.*

p. 164. ἀφ' ὧν κείνων hūcadscribam; Plena est Chios hujusmodi avibus, ubi cum hominibus sub iisdem tectis hospitantur. Agrestes penē singuli plures paucioresve nutriunt, ut cuiusq; fert animus aut res. Primo diluculo pastor publicus eas sibi evocat. procurrunnt catervatim, cōgreganturq; in viā: inde pastorem, ut apud nos oves, securā procedunt in agrum, ibi totū diem apricantur, pascunturq;. Sub vesperum eodē signo revocatæ factio agmine domum & ad nota cubilia se recipiunt. Hanc consuetudinem ita fieri memorant statim ut ovis exclusæ sunt, eas rustici in sinum intra indusium transferunt, & ita unā die aut alterā circumferentes fovēt, & ori subinde admoras salivā nutricant, quō beneficio devinctæ nutricios non obliviscuntur. Una tamen adhibenda cautio est, ne in agro pernoctent, id enim si semel atq; iterum fiat facile ad naturam redeunt, vitæ libertatem humano contubernio præferentes. Præterea ex sylvestribus laudantur carnes attagenum phasiani, gallinaginis sive rusticulæ (Græcis κοιλόπιζ, nostris Schnepa appellatur) galeritarum ac turdorum. Piscium esus ubi aridet podagro, in usum trahat fundulos, gobiones fluviatiles in rivis glareosis delitescētes, melanuros, & lucios minores, parcē tamen, ne ventriculus oneretur aut iis infrigidetur. Ex oleribus brassicam foliis expansis eligat ut & herbam Gerhardi seu podagrariam dictam, quæ maximo pere prodesse creditur. Acidario si delectetur, verno tempore illud fieri poterit, ex succulentā ac eduli parte radicū lappæ majoris, quæ acidarium in superiori Germania quibusdam in frequenti usu est, diciturq; radix insigniter juvare podagros, ut etiam ex *Foresto lib. XX. observat. VII. p. 67.* constat ubi pensionarius quidam Mechlinensis ab epota cerevisia, in qua radix lappæ incocta erat, lotium album lactis instar reddidisse & ita evasisse scribitur. Inter ova ex mente *Galeni lib. III. de alimentor. facultat. c. XXII. τριμητὸν & ῥοφητὸν* tremula & sorbilis commendantur: ἰφθῖα seu cocta, & βροδύπερα sunt, & difficilis coctionis incusantur. Omnium deterrima τρηάνισα seu in sartagine inspissata: paulò meliora τὸ πικτὸν seu suffocata. Insuper nec sint requieta, sed nuper à gallina exclusa, & assumantur ab eo, cui nec hepar ferret, nec corpus febrili exæstuat calore, alias facile τὸ χολώδες induunt.

Pruna Damascena, & nana Hispanica acidodulcia, ut & cerasa sive passa, sive condita aliquando conveniunt, podagro cumprimis bilioso. Panis fecalicius, quo vescitur æger, non sit acetosus, mucidus, aut à furno tepidus, sed purus, probè coctus, & fermentatus, nec nimis recens. Cerevisiam claram, haud seculentam, & à Zythepsa lupi salictario modicè conditam bibat, fugiat verò crassam, & ex degenero frumento paratam. Haustum quoq; promulgidis ægro experienti quandoq; indulgere fas est, potissimum istius, quæ ex virgineo melle cocta tenuior est, & Lippitz nostratibus nuncupatur. Vinum detestetur, & si gula adblandiri velit, mallet ut *ἰδέσθαι* ageret, aquam cinamomi pauxilio conditam, & syrupo acetositate citri dulcoratam assumendo, corpore præsertim febriliter disposito. Veas compedibus constringatur, cum sæcunda hujus morbi mater sit, cum Libero in *συνουσία* degens. Alvus cottidie exoneretur, & si officii sit immemor, glande aut clystere admoneatur. Animi *παθήματα* impetuosiora eliminentur, gaudio verò, joeis ac concentibus opera detur. Ferunt namq; Ismeniam, Thebanum tibicinem, multos podagros modulandi suavitate restituisse. Confabulatio jucunda dolores etiam nonnihil sopit refertq; Josephus Scaliger *epistol. I. pag. 47.* Julium parentem sibi rem esse cum podagra negasse, quoties tales convivas (intellige Buchananum, Muretum, Tevium) haberet, quibuscum de literis loqui posset. Et hæc de victus ratione proletariæ & desultoria opera dicta sufficiat.

ARCHIATER SUMME DEUS, qui verè

ἄλγημα ποδαγρῶν

κῆρον, ἀλαβερόν, ἄδελμυ, βραχυβλαβές, ἰνώδυνον,


ἔυφορον, ἔυληπτον, ὀλιγογενές, εὐπερίπατον,

reddere potes, naturæ administros felicitate, ut hi quoq; malum

hoc auruncare, ac funditus evertere

discant.


سُبْحَانَكَ يَا رَبُّ الْعَالَمِينَ



DE PODAGRA.

p.164. ἀφορμητικῶς hūc ad scribam; Plena est Ch
ubi cum hominibus sub iisdem tectis hospitant
guli plures paucioresve nutriunt, ut eujusq; fert
di luculo pastor publicus eas sibilo evocat. pro
greganturq; in viâ: inde pastorem, ut apud nos
in agrum, ibi totū diem apricantur, pascuntur
signo revocata: factio rēgmine domum & ad no
Hanc consuetudinem ita fieri memorant statim
eas rustici in sinum intra indusium transferunt,
circumferentes fovent, & ori subinde admota
beneficio devinctæ nutricios non obliviscunt.
benda cautio est, ne in agro pernoctent, id enim
at facile ad naturam redeunt, vitæ libertatem
præferentes. Præterea ex sylvestribus laudantur
fiani, gallinaginis sive rusticulæ (Græcis οὐλοῦλα
appellatur) galeritarum ac turdorum. Pisci
dagro, in usum trahat fundulos, gobiones fluv
delitescentes, melanuros, & lucios minores, p
lus oneretur aut iis infrigidetur. Ex oleribus
eligat ut & herbam Gerhardi seu podagraria
pere prodesse creditur. Acidario si delectetur,
ri poterit, ex succulentâ ac eduli parte radicum
acidarium in superiori Germaniâ quibusdam
citurq; radix insigniter juvare podagros, ut
observat. VII. p. 67. constat ubi pensionarius q
epora cerevisia, in qua radix lappæ incocta et
inflat reddidisse & ita evasisse scribitur. Inter
III. de alimentor. facultat. c. XXII. τερπητὸν χὲ πο
commendantur: ἴψηλῶν seu costâ, & Βῆρυλλον
ctionis inculantur. Omnium deterrima τῶν
spissata: paulò meliora τὸ πικρὸν seu suffocata
ta sed nuper à gallina exclusa, & assumantur
vet, nec corpus febili exarsit calore, alias f

H 2



the scale towards document

avibus,
enè sin-
. Primo
tim, cō-
occedunt
in eodē
cipiunt.
sunt,
ut alterā
nt, quò
en adhi-
erum fi-
tubernio
um pha-
chneppa
ridet po-
glareosis
ventricu-
expansis
maximo.
illud fie-
b, quale
su est, di-
to lib. XX.
inensis ab
um lactis
Galeni lib.
& sorbilia
fficilis co-
rtagine in-
int requie-
hepar fer-
eg induunt.
Pruna